

# DE ST'VDIO

## LITERARVM RE

CTE ET COMMODE INSTITVENDO,

ad inuictissimum & potestissimum Principem


FRANCISCVM , Regem Franciae: Gu-

ielmo Budæo Parisiensi, Consilia-

rio regio, Libellorumq; supplicu

in Regia Magistro, auctore.

Ros No 2170/2



CVM PRIVILEGIO REGIO

Excudebat Iodocus Badius Ascensius Mense Novembri,

Anno. M.D.XXXII.

DE STUDIO  
ITERARVM RE  
HTE ET COMMODI INSTAVENDO  
Istud invenimus & portavimus Principem  
LVCASCA & REGUM JESUCAE Cui  
Ipsius Passus Regium Cenit  
Hoc scilicet Lipsiensem Inscriptio  
in Regis Moltigio Singolare



CVM PRIVILEGIO REGIO  
Exemplar legum Etatibus Accuris Multis Notis  
anno D. XXXII

# DE STUDIO LITE

rarum recte & commode instituendo, ad invictissimum

& potentissimum Principem FRANCISCUM

Regem Franciae.



ONOS ALIT ARTES, CONTRARIUM est vsu vetustatis proverbiū, Prínceps potentissime, non tam ad opificia quæ dicuntur sellularia, æraque & stipes merentia, quam ad eas artes pertinens quas prisci tum ingenuas, tum liberales appellandas esse duxerunt. hoc nimirum intelligi volentes, dignas artes illas iis hominibus esse, qui nec seruitutem seruirant, nec degeneri mente natī aut obnoxia forent. Quibus etiam ipsis artibus, eum honorem Romana detulit antiquitas, humanas ut eas esse scientias dicerent, vtpote sine quibus existimarent homines morum humanitatem amplecti ac retinere vix posse. Et quidem cum hominum generi prouidentia duas naturæ præstantias dederit, longe inter animanteis, nobilissimas, mentem atque sermonem, videbant illi eos fere qui cum promiscua multitudine annos traduxissent pueritiae & adolescentiae procul ludis literariis, vel semiferos ipsos esse, vel rusticitate præditos infantiae non absimili. cuiusmodi illorum euadere plurimos videmus, qui communī tantum sensu quasi præceptore vtuntur & magistro. At vero loquendi consuetudo, deterior fere tempore fieri solet, & ex patriciis (vt ita dicam) sensim ad plebeios transire, imperitorum vtique numero multis exuperante partibus. Tum mens humana, ab incububilis statim, tyrocinioque vita, erraticis moribus ac mendosis imbuta, ex perenni contagione passim pollutis impertiae in ordinem quodammodo cæterorum animalium redi-

A ii

DE STUDIO LITERARVM RECTE

gí se tandem non sentít,cum tamen numero(ut dícitur) exempla sit originis insignitæ nobilisq; priuilegio. Etenim rerū humanaarūq; notio,naturæ quidē illa velutī magisterio hominī pubescenti paulatim agnascitur , & sic in multorū conuentu,quasi in ludo sensus communis adolescit:planeq; in virum iam euadentí cum ætate accrescit pro portione. ceterum inchoata est ipsa tantum,non plena,non iusta notitia,nō sufficiens earum rerum intelligentiæ,quæ ad vitam instruendam temperandamq; comparatae sunt. Quare & in disceptandis forensibus controuersiis,& in dirimendis litibus, quantauis prudentia sensus communis,tamen iuris ciuilis indiget prudetiæ,æquitatisq; ab iis hominibus proditæ qui de iure olim responsitarunt:& rerum supradictarum notio,tum naturæ beneficio anticipata, tum conuersatione ciuili aducta & roborta, adhuc tamen est hebetior,quam vt par esse possit caligini discutienda quæ vitæ nostræ incubat. Atq; intra eā quidem caliginem,dēsamq; velutī quandam nebulam fallacium imaginum,atq; inanum formarum,latentem veritatem,summiq; boni naturæ,philosophiæ comitatus olim indagare,ac per omnia naturæ vestigia persequiri instituit, studio sanè acriter & vehementer.hominesq; non pauci qui sese in eius familiam variis è stirpibus sectarum adoptauerant, acerrima contentione animorum fecerunt,posthabita corporis fortunarumq; cura, disciplinarum vt honestissimarū facultatem sibi primum comparent . deinde earum adipiscendi viam quandam posteris, ratione ac præceptis munitam traderent & procluem,quoad eius fieri posset.Et vero eorum quidem nobilissimi indignum esse censuerunt,naturam humanā ignoratione sui primū,dein morū peruersitate,quæ diu inter mortales inoleuerat, de gradu naturæ sublimis deiecta esse,quæ cognata erat ipsa à primordiis rerum,affinisq; diuinæ.Quam ob causam indignitatemq;,homines incitati,certatim quererere institerunt,cur ipsa hominum natio,recta ratione lapsa,quasi in triuīis vite cōpi-

tisq; iaceret per inertiam, in iis multorum conuenticulis quae ciuitates vocantur. Itaq; inter Gr̄ecos homines moribus ac lingua ceteris cultiores, extiterunt partim qui sophistae, partim qui philosophi dicti sunt. Qui cum in muneribus vita cūlīs, atq; in sermone barbarismos, in rationalis & in moribus solēcismos inualuisse cernerent, disciplinam honestae atq; emēdatrix vita profiteri aggressi sunt, eamq; colendam esse & retinendam multis persuaserūt. Hæc porro doctrina, quasi quædam artifex & magistra expoliendæ humanitatis & concinhandæ, literarum nunc bonarum appellatione censemur. cuius doctrinæ fines multo laxiores sunt & ampliores, q; inscriptio ipsa præfert multitudinis opinione. continet enim omne commerciū atq; vniuersum quod cū misis haberi potest: sane variū ipsum & multiplex, & quoquo versus longe pertinēs. Præcipue vero philosophia lautioris vita magistra, rationisq; recte antistes, atq; interpres oraculorū eius, adminicula vita peperisse & reliquissē creditur: quibus homines nimū de corpore meriti, ob idq; humi serpentes ut bruta animantia, excitare tandem se posse, & assurgere ad cognitionē sui: ex eoq; intelligentie gradu sursum faciē erigere, ad cœlūq; aspirare. Vnicū autē hūc scopum fuisse olim philosophiæ, bonis quidē certe viris atq; honestis culte atq; probatæ, nobile illud præceptum indicio est, γνῶθι σεαυτὸν: paucis (ut opinor) satis animaduersum, suisq; pōderibus exp̄sum, atq; etiā fortasse paucissimis: in tēplo quondam toto orbe nobilissimo cōsecratū, tanq; caput prudētiæ oraculorū. huc enim summa humanæ sapiētiæ pertinet. Circa hoc philosophia & de natura & de moribus differēs, præcipue cōmētata est. Id deniq; mortales inter diuos olim relatos, diuinisq; honoribus gentium scitis donatos: cœlum ut suspicerent admonuit, infernaq; despicerēt atq; temporaria. Postremo is fuit sensus (ut simile veri est) saeculis illis antiquissimis quæ heroas dicuntur edidisse. Indidem illa nobilis fabula de Hercule, quem ut est apud Xenophōtem in secundo Commemorationum, Prodicus ille doctus scripsit, cum primum pube-

siceret, quod tempus à natura, ad eligéendum quam quisq; viam  
 viuendi sit ingressurus, datum est, exiisse in solitudinem: atque  
 ibi sedentem, diu multumq; dubitasse, cum duas cerneret vi-  
 as, vnam voluptatis, alteram virtutis, vtram ingredi melius es-  
 set. interim autem ipsi foeminas duas apparuisse statura gran-  
 des: alteram aspectu decenti, liberaliq; ingenio, ornatu corpo-  
 ris nítido, pudorem in aspectu præferentem, & modestiam in  
 gestu, veste candida indutam. alteram corpulentioris habitu-  
 dinis, & simpliciter educatam, ornatu exquisito cultam: sic ar-  
 te coloratam, vt & cädorem cutis & ruborem maiores veris  
 ementiretur: in motu corporis atq; habitu ita affectam, vt pro-  
 cerior appareret quām ferebat nativa magnitudo: oculis etiā  
 expassis: tum ea veste indutam quæ maximum corporis deco-  
 rem efficeret: interim seipsam oculis circumactis perlustran-  
 tem, identidemq; aspectantem, ecquis in se oculos cōuerteret,  
 atque umbram suam obseruantem. quæ cū iam propius Her-  
 culem accessisset, illam alteram suprà dictam pariter progre-  
 di institisse: verum hanc anteuertere illi volentē, cursu ad Her-  
 culem venisse, atq; his verbis loqui coepisse, Video te Hercu-  
 les addubitantem quam viam tandem ineas vitæ. qui si me  
 amica atq; auctore vti tibi persuaseris, ego te in viam iucun-  
 dissimam simul & facillimam ducam. & oblectabilium qui-  
 dem rerum omnium impertiam tibi gustum: grauium autem  
 rerum omnium ad extremum usq; faciam te expertem. Iā pri-  
 mum bellorum negotiorumq; cura vacabis. In eaq; demum  
 cogitatione tute versabere, considerandū imprimis ut habeas,  
 quid cibī, quid potus inuenias quod tibi gratissimum sit, quid  
 oculos tuos oblectet, quid tactum, quid olfactū, tibi sit iucun-  
 dissimum: quibus amoribus genio tuo indulgere, quonā mo-  
 do mollissime dormire, qua ratione omnibus perfrui voluta-  
 tibus, nulloq; negocio possis. Caeve vero in mentē tibi veniat,  
 periculum esse ac metuendum tibi, nequando in desideriū in-  
 cidas earum rerum unde hæc quæ dixi suppeditari solent, ve-

to te hæc vereri . nequaq; enim ad vitam te deducam laboris  
ac ærumnæ tolerantem aut animo aut corpore , vt inde suau-  
tates huiuscmodi suppetere tibi possint . Et quidem cū alienis  
fruere laboribus , tum ab re nulla temperabis , vnde capturæ  
quippiam accedere posse videatur . Quippe huiuscmodi lichen-  
tiam sectatoribus meis largior , vt commoda sua comparent  
vndiq; & augeant . Quæ cum Hercules audisset , Quodnam  
autem tibi nomen est (inquit) mulier ? Tum illa , Amici (in  
quit) mei , Felicitatem : at qui me oderunt , vim huius vocabuli  
volentes imminuere , me appellant Inertiam . Interea mulier  
illa altera accedens , Ego quoq; ipsa (inquit) ad te Hercules  
venio , vt quæ & parentes tuos nouerim , & tuum ingenium ad  
percipiendam institutionem meam : speroq; si viam ad me fe-  
rentem tute ingrediare , futurum te sane strenuum actorē ho-  
nestarum rerum atq; grauium , indeq; honoratiorem meipsam  
visum iri , atq; bonam in partem insigniorem . Cæterū nequa-  
quam expectes ut fucum tibi faciam exordiorum concinnita-  
te voluptaria . nam vt dii statuerunt , ita rerum veritatem sim-  
plíciter commemorabo . Atqui eorum quæ bona & honesta  
sunt , nihil dii citra laborem ipsi & curam hominibus dare so-  
lent . quos quidem ipsos si tibi propitiōs esse cupis , dii tibi co-  
lendi sunt ipsi . Si ab amicis amari , amici quoq; beneficiis eme-  
rendi sunt . Sin in ciuitate aliqua honorem tibi haberī , vtilem  
te præbere ciuitati illi oportet . Quod si per vniuersam Græ-  
ciam animus fert admirationē tui ciere , ipsa tibi Græcia quo-  
dam est afficienda beneficio . Porro autem si terram abundè tī-  
bi fruges fundere vis , ipsa tibi terra excolēda est . Et si à nego-  
ciatione pecuaria facere rem atque augere instituisti , ipsa tibi  
pecora diligenter accuranda sunt . Sin impetum cepisti bellis-  
cis ex rebus fastigium tuum attollendi , amicis tuis in liberta-  
tem asserendis , inimicis seruituti mancipandis cum ita tibi vi-  
sum fuerit : vtiq; faciendum tibi est vt artes militares ediscas ,  
ab iis qui eas docere idonei sunt & apti : earumq; usum cum dī

### DE STUDIO LITERARVM RECTE

diceris, ut exercitacione confimes. Postremo si in animo tibi est athleticam corporis firmitatem comparare, corpus est tibi seruitutis animi assuefaciendum, laboribusque & sudore exercendum. Cuius sermonem Inertia excipiens apud Prodicum, Anima duertis (inquit) o Hercules, quam molestam tibi viam, & quam longam ad gaudia, mulier ista tibi expuerit: at ego vero & prona te via & breui ad felicitatem perductura sum. Tum Virtus, O misera tu (inquit) quid boni tandem habes? immo vero ecquid omnino ipsa suavitates nosti? num tu harum paradarum ergo agere quicquam sustines, quae ne iucundorum quidem desiderium cupiditatemque expectes? desiderio vero anteuertes expleri omnibus iis solita sis? antequam esuris, cibum sumens: priusquam sitis, bibens: & vt suauiter epuleris, eduliorum artifices exquiris: vt bibas itide suauiter, vina preciosa coemens: & estate (si diis placet) vndique niuem expetens. iam vero iucunde ut sopiare, non molleis modo lectos sternendos tibi locas, sed lecticas etiam ipsas molliculas, earumque scanna facienda tibi mollia curas: nimirum quae non sommi laborisque vicissitudine institueris uti, sed ictice dormire, quia nihil aliud habeas potius quod facias. tu venerem ignaua exquisitis machinamentis cieas, suapte vi immotam. En quae tu i discere ex te amici cupiant, ut per lasciuia noctes, diei optimam partem per soporem exigant. Quocirca immortalis cum esses, ex deorum curia electa es, a mortalibus quoque respecta qui probitate censemur. denique orbata simul acroamate iucundissimo, laudari te ut nunquam audieris: simul spectaculo sane visendo, nunquam opus aliquid tuum spectaris aut pulchrum aut honestum. Tales ferme Hercules sunt, Princeps illustrissime, atque prestatissime, aut Heraclide certe hodie, eius philosophiae alumni quam antiqui graci eruditio circulari appellauerunt: quaeque ingentem non solu ambitum amplectitur, quasique restim quandam chorumque disciplinarum, sed etiam anfractus viarum arduos & agreges superabiles. Nostro vero seculo

sudore quā m olím maiōre permeabiles, quod tamen ipsum se  
culum Musarum choros edere cœpit strenue, togatos vnā &  
palliatos, è nominatissimis quondam iugis illis repetitos ac  
reduces, qui iā inaccessi videbātur atq; deserti. Enīmuero ope-  
ræ est preciū īgeniorū antiquorū magnitudinē aestimare ex  
ipsorū imaginib; quas eminētes ad hunc diem & expressas,  
vna & altera ætas restituerunt, cariosis ipsas in monumentis  
& squallidis inuentas, illæ vero & ad splēdorem prīscum pro-  
pemodum deteras expoliuerunt. Quorum et si monumētorū  
magna pars ad hunc diem non superesse īcolumis creditur,  
est tamē habēda gratia prouidetiæ, crebroq; à nobis comme-  
moranda, quòd optimā eorū (vt opinor) partē è diluui anno  
rum plus mille emersam, in manib; iā habemus. diluuium  
enīm quoddā vitę calamitosum, literas ipsas germanas & suo  
deum nomine dignas, sic hauserat & absorperat, tātaq; vi  
alluuiónis barbaricæ obrutas tenebat & sepultas, vt mirū sit  
eas inde existere potuisse. diuīnæ vero id prouidentiæ referē-  
dū acceptum, que prīscarum ipsa mentiū reliquias & simula-  
chra reddere nobis voluit, ad vitam excolendā & adornandā.  
Mirificam autē illam dicendī vim, è sapientiæ fonte manantē  
perenni & exundantī, & porro ingentes eloquentiæ variasq;  
copias, fines etiam iuris eius & imperiū longe lateq; patentis  
orbis ille dīsciplinarū quem dīximus cōprehendit, si tamē cīr  
cūscribī vlo illi ambitu possunt. Quem orbē magnorū spīri-  
tuū olím homines, vel potius heroes quidā nationis literarię,  
nō vno illi quidē & altero spīritu, sed tamen vna contentiōne  
inoffensoq; tenore percurrere solebant: eūq; in fabularū vetu-  
stissimarū cōmentis adumbratū videmus, qualia sunt aurea  
Mercurii vírga, egis illa Palladis, deniq; musarū cātus cū cæ-  
terarū, tū Calliopes earū coryphēz, ἡ δή, vt inquit Hesiodus,  
πειφρεσάπεδην ἀπασέωμ. Etenī ipsarū chorū auīos in mótes abstru-  
si à vatibus, & velutī per manus reste data cōserti, nihil aliud  
potius q̄ scīetiarū cōsensum, cognatiōneq; studiorū significat,

DE STUDIO LITERARVM RECTE

& manifeste ostendunt: adeo vnam & alteram sine reliquis  
mancas esse censebant, & destitutas necessariis admiculis.  
At multorum sacerdorum infelicitas, quae rei literariae cala-  
mitosam vastitatem importauerat, nihil non aliquando tole-  
rabile fecit. Nunc vero quid indignus, atque huic literarum  
claritatibus turpius, quam quod socordia nostra atque desidia ad-  
huc fit: aut quia mores in prauum intueterati ferre correctri-  
cem manum respuunt, ut circulus ille disciplinarum qui olim  
coaluerat, nunc in partes solitus sit aut concisus? & vt vnius  
professionis functiones hominumque singulorum, in plurimum  
tributae sint: Idque usque eo iam euasit, ut qui aut medicos se,  
aut iuris studiosos, aut alterius cuiusvis scientiae sectatores  
profitentur, si quando usuenerit ut de aliqua earum differen-  
tiam eis sit, cuius titulum ipsis non suscepint, immo vero si  
oratio ipsis paulo cultior habenda sit, ii nisi veniam praefatii  
sint, tam impudenter atque improbe facere videantur, quam  
qui aliena de messe fascem collectum eunt. mea quidem ipsis  
sententia & multorum, non tam aequi in suum cuique tribuen-  
do ignava religione, quam inertes & socordes de iure si non  
suo, certe omnium communis, libenter decedendo, ut laboris  
compendium faciat. Insignis vero maxime vel error vel culpa  
eorum est qui iuris diuinis videri volunt consultissimi, cum sine Mer-  
curii numine interpretationum praesidis atque potentis, al-  
tissimorum vaticiniorum enarrationem, oraculorumque mi-  
rificorum explanationem, recte fieri posse perhibent: quae co-  
piæ (ut ita dicam) cornu continent omnis cognitionis & sci-  
entiae. illi vero (si diuis placet) commodius quoque sic fieri  
sanctiusque defendunt: quasi vero haec pars una doctrinæ, aut  
certe ipsa cum paucis, genium nullum orationis habeat, aut  
praeposterum habeat atque refractarium. Atqui id tueri & ob-  
stinate dicere, hominum est inertiae & rusticitati patrocinan-  
tium, non sanctimoniae & veritati studentium. siquidem sacer-  
hodie Mercurius est priscarum literarum peritia, quem theo-

logiae illi nostrae proceres orthodoxe philosophie Platones, magnopere colendum censuerunt & venerandum tametsi Latinorum permulti in tempora inciderunt literis calamitosa. Heroicæ enim ætates Seruatoris supplicium fecutæ, quæ ratione legionum deuotarum ediderunt, è quibus deus optimus & maximus copias illas splendidas & admirandas delegit & conscripsit, quas supernatibus exercitibus clare concenturia uit, ut fœcūdæ ipsæ sanctarū innocētūq; animarū, ita etiā literarū fuerunt bonarū atq; ingeniorū præcellentiū. Nā & multi eorū quibus ipsa seruatrix prouidentia testimoniū sui & veritatis, ad tribunal impietatis & sauitiae barbaricæ denunciandum duxit, elegati doctrina simul & pietatis defensione in claruerunt. Neq; vero emendate loquendi facultas, cū quadam scita sermonis lautitia, oratoria tātū est ipsa, vt vulgo esse creditur: sed per omneis quoq; partes orbis disciplinarū fusa, cū ex omniū scientia concreta sit & cōpacta. Quare ex unaquaq; carpere potest ipsa suo iure quod in usum promendū esse duxerit: vicissimq; ipsa seruire vnicuiq; scientię, aut certe simul ut occasio & opportunitas sese obtulit, operā quatenus opus est benigne debet accommodare. Nā que scientia, que facultas dum taxat liberalis, fasciculū vel vnu colligere glorię in sua messe potest, sine orationis huiusmodi facultate. Age, (vt iam gloriā omittā) quonā modo laboris sui cōmētationūq; fructū cū posteritate cōmunicare: cuius professionis studiū, tot tantarūq; partiu capax, quēadmodū finibus nullis circuſcribitur, ita analibus legib; nullis tenetur, cū ceterarū artiū studia currūcula sua habeat certis annis quasi spatiis demesa, moribus & institutis scholasticorū. Verū enī muero hęc dicendi facultas, cū de omnibus scientiis atq; artibus hac ratione & cōmode & honeste mereri possit, de theologia etiā gnauiter & apposite, nuper tamē homines pauci ex theologorū ordine extiterunt, appiana pertinacia prædicti, qui lingua Graecæ peritiā, literarū haud dubie bonarū magistrā atq; instauratricē, prauarum

## DE STUDIO LITERARVM RECTE

opinonū instítricē esse fremerent & assertricē, pro concione quoq; id quod eo capitalius fuit, quod ea quæ pro cōcione dī cuntur, sic à plebe populoq; adeo imperito fere excipiuntur, quasi ex ipso veritatis sacrario pronūciata. Huius aut calunię ansam homines inde nacti fuerant, quod eodē pene tēpore literæ Græcæ inclaruissent, eorūq; studiū incaluisset, & praua quædā dogmata, antiquæ orthodoxiæ punctis confixa sēpius & cīrcūscripta, in mediū relata rursus essent, vt noua oracula & cōcelo recens delapsa. Quasi vero non eiusdē sit ætatis inter dum, & visenda miracula edere, & mōstra detestanda. Momēcæ certe est improbitatis & caluniæ ista reprehensio. Vt Mōmus olím in Venere non inueniens cū maxime cuperet, quod criminari iure posset, obiecit ei in deorū cōetu, vt Philostrat⁹ refert, quod sandaliū haberet stridulū & argutū: sic & isti in homine probabili religione imbuto literarum lautiorum & optimarū doctrinā vītio vertūt, quasi dissentaneam. Huiusce modi igitur calumnię face, importunæ literis bonis occasiōni ab illis clamitatoribus admota, literæ Græcæ aliquot annos rerum nouarum inuidia flagrauerunt, pene capitalium. Verum eius inuidia flamma, quæ primum mire & supra lau-  
ream (vt dicitur) flammam & spineam crepitans, omnia pro-  
pè tribunalia sacrarum concionum occupauerat, sensim sub-  
sidere suapte inanitate cœpīt, & breui contabuit. quippe buc-  
culentis cōtentionibus tantū anhelisq; excitata, nec materiam  
inueniens solidę calumnię, statim vires amisit: simulut intelli-  
gī à plerisq; cœptū est, id esse potius sordentis iā & exoletæ  
Mineruę patrociniū, q; religionis labefactatę & pietatis stabili-  
limentū. Nūc vero quis non videt æmulationē illā efflorescē-  
tis solidę & germanæ doctrinę, dissentaneā esse cū innocētia  
theologica, apostolicæ charitatis & probę notæ æmula? Ve-  
rūtamē aliquot homines fuerūt sacerdotes, tā projectę temeri-  
tatis, tāta vt hostia, tā eximia, tā illustri, id est linguae Græcæ  
damnatione, parētare instituerint iacēti & emortuæ ordinis

sui maiestati. quippe qui viderent literarum Græcarum funere literas quoque bonas elatum iri. At hoc quid est aliud hac aetate, tuo Rex ingeniosissime principatu Francisce, hodierno hominum sensu, quam olim fuisset florente Atheniensium republica, Palladem illam celebratam in arce concremare & Romæ ignem Vestæ perpetuum extingueres? Certe exprimita nostra oratione non potest, quam perdita audacia, quam cæcæ confidentia, q[uod] duræ frontis & marmoreæ ea conspiratio fuerit. Homines per pauci ut ex tanto quidem certe numero, superciliosi illi quidem & frôtones, sed pusilli & inermes, precipiti iniquitate exagitati, in medium prodierunt cum fascibus exesibus, & squallidis auctoritatis inueteratae, qui spiritibus suis non diffiderent auram iam crebrescentem inhibere retro se posse, literis reducibus unde cunctis afflatam: qui exploram iamdiu rusticatem feedamq[ue] barbariem, in scenam ita reductum irent, ut plausum ab orchestra & ordinibus, & ab omni parte theatri expectarent. Qui cum deum ipsi, diuos, hominesq[ue] pios superiore loco contestarentur, quasi in re perdita, in sacrosancta fide prodita, quirantes, ægre unus & alter annus & plusculi sustentati sunt. neque enim quisquilisam tantum plebem concitauerant declamitando, sed etiam grauioreis permultos & existimatioreis in causam perlexerant æmulatione subdola atq[ue] quiritali. Nec prius autem obstinatione eorum manus ab incepto destitit, (nanque lege sacra ta (ut dicitur) coierant & conspirabant) quam se destitutos plane senserunt à cohorte eiusdem ordinis prudenterum. Qui omnia permisceri ægre ferebant eam ob causam tuendam, quam omni iure lapsam cassamque esse intelligebant, & porro colore iam carentem. Verum quibus interim maledictis literarum Græcarum & bonarum nomen, eorumq[ue] studiosos compellauerint & conciderint, quasi impia fraude se obligarent qui græce scire cuperent: quam vatiniano odio earum defensores prosecuti sint, silentio prætereundum duxi ne pau-

corum pertinacia capitalis atque petulantia, in crimen non hominum sed ordinis, à nobis versum esse existimetur, quem ordinem ego magnopere venerandum esse censeo, eiusdemque noxē in vniuersum insontē. tametsi interdū ipsum ab ea culpa vindicare nequeo cum maximē cupiam: quod in decretis theologicis conuentus faciendis, ignorantissimus quisque theristarū huius generis & impudentissimus, nestorem sibi auctoritatē vendicat, patiētiam veteri instituto accommodante senili per uicaciāe, iuniorum æquitate & modestia, etsi lōge doctissimorum. Eo autē indignitatis res euaserat & vəsanæ cōtētionis, cōcionū ut argumēta, nō ab euāgelio, nō à sacrīs vaticiniis, non ab oraculis cœlestib⁹ sumerētur: sed à criminatiōne literarū Græcarum quasi errorum seminarii. vt iam nō Bacchum, non Cupidinem, non Venerem, non Mercuriū nundinatorem, non Martem detestandos, (quod assolet ē loco superiore fieri) me minissent: sed Mīneruam atticam & Mercurium cognomento oratorem & disertum, maledictis configendos esse ducerent, conuiciisq⁹ obruendos. Quapropter cum ea quasi satyriscorū fabula non modo ad primores populumq⁹ prætextatum, sed etiam ad pullatam & cīcūforaneam multitudinem offendere cōpisset, (placere enim diu personata æmulatio non poterat, quæ conspicue plus sanguinis quam sp̄ritus præferebat pro concione) tum demum à prudentibus isti correpti, quæ multo iam maxima pars est ordinis & elegantissima, vix tandem conquierunt. certe cum nequicquam vociferando rabule irrauissent, tacere coacti sunt. quorum tamen aliquando factio tantum potuisse dicitur, vt senatuī suo vel decretū vel consultū expreſſerint de nece præstatiſſimæ doctrinæ, quod patrum conscriptorum maiestatem præferebat, censuręq⁹ superciliū. cuius rei memoriam intexere operi regiae maiestati dicato non alienum esse censui, cū in fidem tuam stirpisq⁹ tuæ eximiae, dotibus ingenii admirādæ, literæ & græcæ & optimæ, nuper se cōtulerint, eoq⁹ maxime pluteo ab istorum machinis

protecte sint. Hodie autem eosq; in diuersum profectū est, vt exhedræ theologicæ non vocib; modo Græcis, sed sententiis plenis non verecunde personent. nam & eorum dialogi contentiosi, quos Græci εἰσινούσι appellant, quibus scholas probatorias à matutino ad vesperam diebus statis & solennibus exercere moris est, doctæ iā & scitæ mire meditantur esse, digneq; auribus eruditis, ob id utiq; iam visendæ magno studio atque frequentandæ. Adeo lauta & elegas Mínerua, vt olim illa Phidiae (quod Marcus inquit Tullius) simulatq; visa est & agnita, probari quoq; ab omnibus cœpta est. Necnō tamen fortasse id perpetuum erit in hac ipsa theologicæ professione, vt in iuriis quoq; studio & medicinæ, vt partes faciant lautitia & illuvies. & vt pinguis atq; etiam tetræ atq; horridæ Míneruæ discipuli, orationis non dico lepores & venustatem, sed etiam verā verborum intelligentiam floccifaciant arietina quadam aut veruecina pertinacia, tanq; ad rem non pertinentem. Cū quibus differentem rationibus & argumentis contendere legitimis atq; probabilibus, ad cuius (vt ita dicam) metopon, quod promotorium est Cretæ, caput est oblidere. Inter doctos enim & elegantes, & illautos istos & caperatos, de literis semper ita conuenit, vt inter stoicos & epicureos de bonorum malorumq; finibus. Nec honoratior Lacedæmone senectus olim, quam in iuuenie me hic rusticitas fuit attonsa ad aureis & superciliosa. quam nunc fremere ipsam frendereq; non magnopere mirum est, de ponte (vt aiunt) deiectam in comitiis Míneruæ compo sitæ atq; vrbanae. Auita etiam æqualisq; eius rusticitatís fuit, seueritas dicam an saevitia, præceptorum, qui velut truculentí patruí pueros non literas, sed vapulandi patientiam docebant & infantiam: quasi compitalítios verberones docendos mastigiasq; suscepissent, non oratores futuros aut professores discipularum. Sed fuit ea fortasse temporū magis q; hominū imperitia & absurditas, que literarū luce caruerunt: nūc porticus due orthodoxia Sorbona & Nauarra, & philosophia theolo

gicæ tanquam oracula duo nominatissima, qua fines cunque patent nominis christiani: & latinæ iam & atticæ Mineruæ nō modo sedendi locum , sed etiā loquendi inter disputantes derūt. In quibus tamen antehac doxosophi fefellerūt pro summis philosophis: non simulationis fuco tecti, sed caligine temporum . quæ tum ita ferebant , vt homines horridi atque agrestes , immo vero gens hominum truncis & duro labore nata , ad theologiam protinus , vt olim Epicurei ad philosophiam transirent. Quare valeant illi antiquarii & misologici cum suis confectariis hispidis, tetricis, & male coagmentatis: quæ tamen vt dictum est, iuniorum industria & ingeniosorum luculentè cœperunt enitescere . Nobis autem ad institutum reuertendum est ex tristī & molesta digressione: & in quam iuitus non digressus ipse sed dilapsus sum. Quippe qui theologiae studii numen quoddam esse semper existimari. illis qui dem certe qui pedes abluere & abstergere cupiūt inquinatos à luto vitaे ciuilis & theatrica: in quo vel sapientes altius h̄rent s̄apenumero. nam illotis pedibus quis descendere suggestum theoriaē valeat, in edito loco sanctoq; collocatum : ex quo rursus ad arcem philosophiae ascēsus est sublimis ac iam beatus, quam anagogen Græci & anatasim vocant. Sed mox h̄ec fortasse appositius atq; consequentius .nunc eo redeundū, vnde digressio facta est. Hermen igitur suum Græci cognimento multiplici ac vario coagmentauerunt : quoniam Mercurii potestatem quoquo pene versum patere arbitrabantur. Ego autem de tanta varietate numinum eius, id demū ad nos attinere puto, quod λόγιον ab illis , quasi oratorium vel sermocinatorium , appellatum est . idque per diametron propemodum distat ab eo quod ορθοδοξία dicitur ab ipsis à nobis quæ storium non literarum illud quidem cupidis , sed rei factitandæ intentis colendum atque propitiandum. De illo igitur Mercurio sermo mihi habendus est , quando cum eo mihi res est, & fermè semper fuit, ex quo primū destinatione ani-

mi literarum studium consertis dīgitis complexus sum. Is est autem Mercurius, quo vīm dicendī significare prisci instituerunt, vt auctor est Eusebius: quemadmodum Mineruæ appellatiōne, vīm animo cōcipiēndi. Nāq; intus orationem concipi, deinde ore edi natura ipsa statuit. Eundē autē Mercuriū deorū caduceatorem esse dixerunt, quasi bella discordias q̄ dirimētem, & internuncium atq; interpretem appellauerunt. nam logos tam rationem q̄ orationē significat, quæ cognata magnopere sunt vocabula: quomodo res quoq; ipsæ eodem oriundæ sunt. Qua dictione nulla excogitari nec honoratior potest, nec significationis vberioris & locupletioris. Siquidē & primigenius dei filius, idem q̄ vnigenus, & verbum & ratio & sapiētia dei, hoc nomine apud Græcos plenissime intelligitur. Et cum diuinarum quidem rerum intelligentiam ac notitiam, ratione primū interprete mortales habuerunt: tum diuinum quodammodo imperium & edictum, in notionibus communib⁹ informatū sentimus, in animisq; nostris anticipatū vī naturæ rationalis. vnde enim aliud hæc didicimus, q̄ ex ludo (vt ita dīca) rationis magistræ mortaliū: ex ea etiam ipsa ius naturale manauit, quam summā legem M. Tullius in legib⁹ suis esse dīxit. Constituendī vero (inquit ille) iuris ab illa lege capiamus exordiū, quæ sacerulis omnib⁹ ante nata est, q̄ scripta lex vlla, aut q̄ omnino ciuitas cōstituta. Quid est autē nō dico in homine (inquit idem) sed in omni cœlo atq; terra ratione diuinius: quæ cum adoleuit atq; perfecta est, nominatur rite sapientia. Hæ igitur duæ differētiæ ratio & oratio inter se (vt dīxi) affines & cognatæ, cum maxime circūscribant principis animatis & dignissimi formalem finitionem, tā vtiq; maxime perfectissimus quisq; hominum iudicandus est, q̄ maxime hæc duæ res in eo absolute sunt. Ita qui rerū humanarū diuinarumq; adeptus est prudētiā, cū orationis facultate, recte, apte, & eleganter cōpolit, is absolutionē sui generis cēsetur adeptus esse. Qui autē sciētia præditus est earū rerū, & infantia, nimirū is homo dīci plane nō pōt, sed ad semissē tantū proiectus esse humanitatis.

at qui vtraq; facultate vacuus est & cassus, ne homo quidem ille, si argumentari à definitione volumus, quod sane legitimum est argumentum. Proinde non humana sed immanis vita díci potest, quæ nec literarum humanitatem condita est, quasi sale mercuriali: nec communī prudentia sic perpolita, vt si- ne literis ipsa diserta esse possit, quod in multis mortalib; na- turæ præstantia euenit. Nos autem hominis existimationem in præsentí facimus, non ad trutinam vitæ ciuilis, quæ suam quandam ipsa habet humanitatem, in officina scilicet urbanitatis, non etiam Mineruæ expolitam: ceterum ad philosophiæ libram, & limatae (vt dicitur) veritatis, hominis appellatio- nem nunc perpendimus. Quæ & mortalis ipsa & hominis si- gnificationem, nec loco eodem nec numero habendam esse cé- set. Certè nemo sanæ mentis inficias ibit id quod quidam sa- piēs olim homo dixit, Literarum scientiam iustam, iuueni mo- rum temperantiam, seni solatia vitæ afferre: in rebus secundis ornamentum, in aduersis subsidium esse. Ecce tibi in sermone de Mercurio, Hermes ille cognomēto ter maximus, Mēte au- tem (inquit) & orationem, vni ex omnibus animalibus homi- ni deus ipse largitus est: non minoris utiq; æstimanda, q; ipsa est immortalitas. Nam qui his conuenienter, & ad ea quæ de- corum est vtitur, is nihil ab immortalibus differt. Quippe qui vinculis tandem corporeis solutus, ab utroq; eorum ad chorū beatorum diuorumq; perducatur. Et rursus, Beatus (inquit) deus animam in corpore, mentem in anima, in mente verbum pronunciauit: deum autem horum patrē esse affirmauit. Græ- ci porro prodiderunt Mercurium Iouis & Maiæ filium esse: his nominibus intellectum indagationemq; significates. Alii Iouem animam mundi esse dixerunt, id quod eodem pertinet. Nihil vero mēte fœcundius est, nec quod plura concipiāt atq; pariat. Cæterum vel intellectui vel masculæ menti obstetricice opus est, vt inquit apud Platонem in Theæteto Socrates: qui & ipse Maiæ id est obstetricis erat filius. Ac cum nihil paria-

(at ipse) tamen parturientibus aliis adiumenta affero: quod pleraque faciunt obstetrices, aut natura steriles, aut aetate iam effete. Eodem etiam spectat quod supradictus Hermes ait, Mente notiones omnes concipere tum bonas tu malas. bonas quidem, cum a deo semen infusum accipit: malas, cum a dæmonibus quibusdam semina iaciuntur, ut in terram, sic in animam. Itaque qualia semina accipit anima, tales edere partus solet, e malis seminibus adulteria, stupra, homicidia, & huius cemodi scelera edit: e bonis, quae pauca sunt ipsa & rara, pietatem, temperantiam, virtutumque omne genus. Ex his igitur intelligendum relinquitur, sensa metis humanae e seminibus inolescere bonarum malarumque disciplinarum: quibus mes gratuidata, rationem parit atque orationem, semina sua referentia. Haec porro semina homines studiosi ab ipsis auctoribus hodie mutuantur, qui in latino quondam agro atque attico, Palladis arua Mercuriique coluerunt. Nam animus ipse colitur, cum liberalibus artibus instituitur. unde illud Ciceronianum in libro de Finibus, Sed animi cultus erat ei quasi humanitatis cibus. Et illud in secundo de Oratore, Subacto mihi ingenio opus est, ut agro non semel arato, sed nouato & iterato, quo meliores foetus possit & grandiores edere. Proinde ex diligentia cultura animi, si naturæ solummodo sterile fuerit, messis doctrinæ enascitur. quæ si ad frugem bonam euaserit, ad rerum humanarum diuinorumque cognitionem homines, atque etiam sui metiporum perueniunt: id quod delphicum illud oraculum facere adinonebat. Inde autem consequens est, formalem ut rationem homo generis sui tenere valeat atque tueri: simulque minus suum conuenienter naturæ suæ obire. Quapropter humanae mentis munia propria, antiquissima cura nobis & præcipua exercenda sunt. Est enim (ut inquit Isocrates) mens bona in corpore humano sita: res maxima in minima collocata. Doctrina vero cultu animi quaesita, efficit in homine bona voluntate prædicto: ut mens philosophiarum copius tanquam firmo suc-

X DE STUDIO LITERARVM RECTE

cincta præsidio, sursum versus libentius quām deorsum intēta sit: longeque alias quoquo ipsa versus ē specula contemplationis prospectans, præterita & futura cum instantibus, circumactu quodam collustret prudentię atque sapientiæ, ex quo fit ut nequeat nec morte, nec aduersis rebus opprimi, cū omnia quæ incommodē ipsi cedunt, ante prouisa habeat & perpensa. At vero suimetipſius rerumque humanarum ignoratio, nihil aliud quām multa quedam est numinis Philologiæ vel neglecti, vel minus religiose culti. Quo genere animaduersionis diuinæ, cum omne genus hominum excolendi animi negligens, tum vero sacri ordinis centuriæ classicæ, earumque duces maxime, plecti mihi videntur, quorum tamen propriam esse decebat vtique & assiduam culturam animorum, ad eos enim pertinet intestini hominis institutio. At multorum videntur animas, quasi inaneis vaginas in præsidiiis dominicis esse: eo vtique gladio vacuas, quem dominus in terram misisse se pro concione contestatus est. Quanta est autē deformitas in delubro Seruatoris, literarum lumine eos orbatos ab omnibus spectari, quos facem cæteris præferre lex sacrosancta iubet, in editumque candelabrum tollere: In vniuersum autem pauci animaduertunt, quo dispendio bonorum se se iī afficiant, quibus literarum & philosophiæ cultum, ambitionis & cupiditatis illecebris mutasse præclarum esse videntur & palmarium, quæ tamen maxima pars est hominum qui in vita ciuili aliquo numero esse censentur. Quicquid enim eorum quæ bona iam olim ciuili sermone & in medio versante dicuntur, ultra modum quæritur, ita bonum est ipsum ut vsu demum vtile sit & commodum, non item ut possessione. Siquidem ex facultatum parte redundante, nequaquam est via vnicuique nostrum, quod Seruator oraculari sermone dixit Lucæ cap. duodecimo. At vsus eius quod circunfluit, non ad eum redit qui vsus est: quippe qui ad alios trāseat necesse est: fructus autem ex vsu ita demum percipitur ab vtente, si pie, si

probabiliter, si círcunspecte erogetur quod supereft. Quotus  
vero quisque eam ob rem præcipue locuples esse meditatur?  
Quoto porro cuique diuinitiis vt inculpate contigit, hominum  
quos vidimus & meminimus: eorum enim sunt ista quæ pro-  
pter se amantur & exoptantur magno errore vita, ut quæ ni-  
hil habeant ipsa quod conditum penes possessorem, propter  
se asseruandum sit. vt edulia conditanea & vestes reconditæ,  
non alias vitæ prosunt, quæ m cum ad vsum promuntur. Qua-  
re vt sint ista sicut appellantur bona: tamen si animus pronior  
& velut affixus abditis illis incumbat, quod plerunque eue-  
nit, ipsa velut in carcerem ac compedes aureas avaritiæ con-  
iecta díci debent & compacta: non etiam benefica atque com-  
modantia: cum hoc quoque quod nec scelere illi vacare, nec  
hominum odio possunt, qui tam illiberaliter, tam arcte, tam  
maligne eas custodias habeant, quæ si benigne in lucem pro-  
ducerentur, & custodi vtile & compluribus essent. Quomo-  
do autem animus vel honeste vel innocenter oblectare se ma-  
gnopere earum rerum complexu potest, quæ bona fortasse  
sunt externa non animo ipsi commoda, non corpori, suapte  
quidem ipsa natura: oblectare se dixi: quid si etiam non anxie,  
non meticulose, & vero sine ægritudine angente, in iis nequit  
acquiescere: nimirum qui sciat se hinc absque iis bonis, & pro-  
pter ipsa fortasse bona, ante diem emigraturum? Ne hic qui-  
dem fidum eorum comitatum perennemque habiturum, spon-  
dere sibi ausit, nisi tanta ignorantia prædictus sit, vt fluxas res,  
vt precarias, vt in hunc atque illum temere desultorias, hu-  
iusce generis facultates esse non recordetur. Congerat igitur  
cogitatione qui volet & poterit, eorum honorum aceruum, à  
quibus beati homines communis sensus iudicio latine quon-  
dam appellati sunt. dein altrinsecus sifstat iustæ & elegantis  
eruditioñis opes, cum animo imbuto rectæ opinantis philoso-  
phiæ studio. simul quid homo homini præstet expendat, quid  
coditus homo intellectuiq; demum aspectabilis atq; visedus

## DE STUDIO LITERARVM RECITE

externo homini & veterno: denique quid ille immortalis  
huic mortali & caduco. tum (vt opinor) intelliget quanta sit,  
quam aperta, quam frequens in bonorum optione hominum  
circumscrip<sup>t</sup>io . At multos hoc modo falsos atque deceptos,  
vita ciuilis eademq<sup>z</sup> erratica , frug<sup>i</sup> homines esse censem<sup>t</sup> , ac  
de plebis patriciorumq<sup>z</sup> sententia quotidie pronunciat . vt de  
tutela sui suarumq<sup>z</sup> facultatum scite & sapienter meritos . Id  
quod vice versa vtique ipsum eveniret, nisi illa bellua capitū  
tam multorum, vasto quidem illa corpore , sed nullo aut an-  
gusto pectore , quem mundum sapientia dei vocat, omnibus  
internis sensibus capta esset, impotensque assensionis & dele-  
ctus in fortunæ ludibriis . fucum enim sibi factitari animad-  
uerteret à prudentia communī , cuius placita atq<sup>z</sup> iudicia per  
lineam (vt dicitur) diagonon opposita sunt germanæ sapien-  
tiæ diuinitusque comprobatae . Verum hæc quæ propria sunt  
sanctoris philosophie, (à qua vtq<sup>z</sup> vna hodie restitutio peti-  
debet circumscriptarum sensus fallacia mentium) illotis ma-  
nibus (vt opinor) à nobis tractari videbuntur, cum inter alu-  
mnos eius profiteri iure meo non possim. præterquam q<sup>z</sup> nec  
loci huius est, nec temporis fortasse harum rerum disputatio.  
Sed iuuat interdum quasi in elysios animi causa digredi . Ve-  
rum ad illud reuertar quod dicere coeparam de conceptu mé-  
tium . Quoniam igitur hæc ætas mentium fœcunditate felix  
(& si in lœuam partem non minus olim hoc ipsum sæculum  
insigne futurum est : quod honoris, fidei, pietatis sanctissima  
templa solo pene æquauit, quæ templa tot ætates sanctorum  
animarum fœcundissimæ, magno sudore dedicauerant) Sed  
tamen quando hæc ætas complureis iam foetus ingeniorum  
non ignobiles peperit, plureis etiam parturire eiusdem nobis-  
litis creditur, prope iam vt vna ipsa sarcendam suscepisse  
videatur tot sæculorum cladem , quæ vim magnam prisco-  
rum voluminum cum ingenti detrimento rei literariæ deuo-  
rauerunt , hic commemorandum duxi quod Socrates apud

Platonem in hanc sententiam inquit. Arti autem obstetrica-  
tus quam ego exerceo, eadē prope insunt quę in arte ipsa mu-  
liebri. hoc deum refert, quod fœminis mulieres, ego viris  
operam nauo: quod illę corpora, animas ego specto parturien-  
tes. Et in nostra quidem arte hoc præcipue videndum est: prob-  
bare ut possimus, omnique ratione explorare, vtrum iuuenilis  
commentatio mendum ac simulachrum, an verum potius fœ-  
tum & genitale edat. hactenus ille. Quemadmodum autem  
mathematici diagrammata illa quę vocant, ex elementis con-  
ficiunt, hoc est linearum ductus multiplices ad theorematum  
sua demonstranda, sparsis intus elementis ipsis, angulorum  
indicibus atq; interuallorum, vt ex iis ipsa diagrammata ad  
demonstrationem progrediantur ex qua scientia comparatur  
conclusionum: eundem pene in modum ex elementis doctrina-  
rum discendiq; cunabulis, progredi ad summum oportet di-  
sciplinæ orbicularis, indeq; semina legere ad conceptus ani-  
morum. Hos porro fœtus mens edere ipsa nequit, vt quidem  
vegeti sint ac viuaces, nisi illis tanquam mammis lactentur  
& alantur dicendi scribendique facultatis, quæ sunt inuentio  
atque elocutio. At huic facultati nutricandæ & roborandæ  
vix triginta anni satis sunt. Quantum est enim humana præ-  
cordia, Mineruę numine afflata sic esse, penitusq; imbuta, vt  
in oratione hominis docti & eloquentis Pitho ipsa quam sua-  
dam vocauerunt, vsquequaque suffusa sentiatur & exuberās:  
atq; inidem vis dicendi cum admiratione audientium euale-  
scat quasi numen eloquentiae! Nam sermo qualibet elegans  
& nitidus, si nec aptus nec sententious est, vel si horum alte-  
ro deficitur, tanquam partus quidam cassus est, & velutī vr-  
num ouum, quod nec diurno incubatu nec assiduo ad vita-  
lem fœtum proficit. Quod genus partem magnam officina-  
rum occupare nunc solet, plarique enim scribendi dulcedine  
ducti nostris ultra modum ingenios indulgemus, eorumque  
fœturis, & simulac parturire ante exactos menses coepimus,

DE STUDIO LITERARVM RECTE

gestientis vteri & gliscientis impetum quasi musti feruentis, sustinere non possumus. Ita fit ut electitia interdum pro maturis pariamus. Quanquam ne post triginta quidem stipendia, sedulo in his statuís exacta, Mercurius protinus absolu-tus est: qui nec ex omni ligno sculpitur (ut aiunt) nec quolibet luto fingitur. Nam cum ceterarum fere disciplinarum genii nullam non materiam admittant, haec quae cunctas complectitur, & intra iuris sui fines esse defendit, Mineruam non quamuis, sed atticam sane poscit & tanquam phidiacam: tum demum quidem certe, cum artis ipsa specimen facere instituit, dignoscit partus hominum expectatione edere, & simul idoneos qui in secula erudita ituri existimantur alia atque alia, ita ut gratiam quoque cum aetate perferant. haec enim nota erit antiqui artificii, cum gratia, cum dignitas & auctoritas annis cessisse non videbuntur. Nunc igitur si decimare legiones iuuenum institerimus: indeque lectissimum quenque sumere, iterandi etiam erunt hi lectissimi, ac decimus quisque rursus numero erit eximendus, ut decuriam vnam efficiamus hominum delectorum, quae insignire saeculum suum possit: quod tamen vix aetate Demosthenis contigit. Nec enim non eadem raritas doctissimorum hominum fuit nobilibus illis saeculis quae literas ad summam manum expoliuerunt. Nam quot aequales tandem literis maxime florentibus, dicendi facultate inclauerunt, preter illam heroicam atticorum aetatem: at qui tum consuetudine emendata non minus quam methodo & cura, & Graci & Latini eleganter & composite dicebant. Mihi vero haec scribenti in mentem veniebat, poenitendam meam sortem & pene deplorandam esse: qui iuuentutis flore totumque robur aetatis in his studiis contriuisset literarum luce nondum cis Alpes exorta, nisi admodum exili nec memoratu digna. tunc vero cum haec proderem, claritate literarum plane redditâ vite, insperatam iuuenum ad eadem studia contentionem exarsisse viderem cum profectu memorabili.

Gr̄corum etiam voluminum vim magnam peruagari cū ope  
ra chalcotyporum, tum vero industria quorundam hominum  
doctorum in commune libros conquirētū. Quō illorū sunt  
studia feliciora, queis nunc quātūis lectionis helluonibus, ad  
satietatem frūlicet iis epulis, quibus ego tantū liguriēdis ani  
mum auidissimum pascere tūc cogebar, inanī se penumero cō  
tentione atq; irrita. mihi adeo, vt ex huius prouentus vbertate,  
multum esse quod currículū ineuntibus gratuler: quo ipse ve  
ro frū possim, parum esse videatur, qui cum annos ipse meos  
numero in studio cōsumptos, Tithonus mihi esse videor: cum  
ea quæ desidero ad iustam eruditōnē, æstimo, non plane ē ty  
ronibus excessisse me sentio. Cæterū quod ad eos attinet, qui  
bus ætas nondum ex studiis his excessit: cum ex tāta clade tā  
toq; diluicio, quod tandiu mortales in caligine densa dīscipli  
narū tenuit: literæ tum græcæ, tum earū æmulæ latīnæ, emer  
sæ sint, et si adhuc fortasse fugientes ipsæ ob vetustatē aliquā  
tū dicī possunt: causa est certe dīgna, quam ob causam iū qui  
bus præter integrā ætatem, per vitæ rationē quoq; id licet,  
& modū facultatum, ingenia, periclitari libēter & accurate de  
beant. Quid est enim post religionem doctrina Christi Serua  
toris conditam, post pietatem à dīscipulis eius constitutā, post  
veritatem sapientiæ, legemq; insontis vitæ, tot talibusq; sup  
pliciis diuorum necibusq; mīrificis sanctam atq; testatā, quod  
mortali bus dare maius prouidentia magisq; optandū potue  
rit, ad vitam temperādā salubribus institutis? Etenim pax cō  
stans & vsquequaq; tranquilla, est illa quidem exoptanda ma  
ximopere, & exposcenda diuinitus sanis animis: sed tamen pa  
rens est eadem ipsa securitatis somniculosæ & oscitantis. At  
securitas huiusmodi luxum gignere solet, & socordiam: è qui  
bus inertia rursus voluptatumque illecebræ oriuntur. Ad  
quæ vitia elidenda stirpitus & enecanda, animorum cultus  
ab ipsa magistra vitæ philosophia inuentus est. Porro autem  
sic natura comparatum esse nouimus, post primordiale illud.

admissum illecebræ piacularis, ut nisi ratio sedes in solio principatus animi, habendas effectorum sensuum in manibus habeat, nihil ferocius, nihil impotenter rationali sit animali, nihil adeo & præcepit & in necem suam proclive & incitatum. Iccirco Plato, tametsi nescius ipse fuisse videri potest commercii celestis, quod immortalitatis pignus humano generi datum iam erat diuinus: tamen ut alia permulta, sic hoc quoque commentus est, quod è partibus animæ bigas iunxit equinas. quarum alterum equum, honestum esse dixit & bonum, ex bonisque & honestis oriundum: alterum huic cōtrarium, atque è contrariis ortum. his bigis iracundiam cupiditatemque significans: quibus aurigam etiam accommodauit, quam ratiocinandi vim nuncupat. Et molestam quidem (inquit) aurigationem in nobis utique esse, ægreque tractabilem necesse est, propter equorum discrepantiam. Quippe cum iracundia rationi plerunque obtemperas sit, interduim etiam rationis socia, atque in pugna auxiliatrix: at cupiditatis partes contumacia prædictæ, nec sine molestia ductiles, ad imperia accipienda solēt obsurdescere, vix ut flagello cedat pariter & stimulo. Hæc virile summus, & ut eo tempore, diuinus, in Phædro. Cæterum in primo Legum, Quisque (inquit) hominum cum unus sit, duos habet intus consiliarios imprudentes, eosdem contrarios inter se: quos dolorem voluptatemque dicimus. Habet etiam præterea duas opiniones futurorum, quibus spes quidem ipsis commune nomen est. Cæterum spei que dolorem præcedit, timor: ei quæ doloris contrarium, fiducia nomen est peculiare: de hisce ipsis autem faciendum nobis est hoc ut modo commentemur. Existimemus unumquenque nostrum miraculum quoddam sane diuinum inter animantia esse: siue ludicum sit deorum, siue opus seruum: nam utrum sit horum, minime ipsi constitueremus. Id vero deum exploratum habemus, has affectiones tanquam neruos in nobis esse, aut fidiculas nos trahentes: quæ cum sint ipsæ sibi contrarie, altrinsecus stantes, utique di-

## INSTITVENDO

XIII

uersos nos distincent; ac pertrahunt ad contrarias actiones. in  
 bīq; līmes est virtutēm vītūm q; dīrīmens. Dīctat autem rā  
 tio vnumquenq; nostrum, sic vñi horum tractūi p̄abere sese  
 semper oportere obsecundantem, nec dīgitūm transuersum ab  
 eo abscedere, ceteris vt attractib; omnibus obliuetur. Hūc  
 porro ductum aureum esse & sacrum. qui si in vniuersum ipse  
 valet in ciuitate, appellatur lex communis. Cæterum alios du  
 ctus duros esse & ferreos, cum hīc & aureus sit & mollis,  
 reliquos vero tractus formis similes multifariam variis, opor  
 tere opitulari optimo legis ductui. Nam cum ratiocinatio  
 tum bona sit, tum placida, tum expers violentiae: nimirum  
 eius ductum indigere ministrorum, quo in nobis genus au  
 reum præualeat generibus aliis. Hæc Platonis commen  
 tatio eò pertinet, quod ipse dixit libro tertio Reipublicæ,  
 sub persona (vt opinor) Socratis cum Glaucone differen  
 tis, explicantisque quonam pacto persuaderi posset & ma  
 gistratibus civilibus, & militari ordinī, & simul plebi, vt  
 quod sui esset muneris id quisque exequeretur. Cæterum (in  
 quīt) o Glaucon, audi quod supereft fabulae. Estis autem  
 omnes vos qui ciuitatem incolitis fratres. (aiemus ipſi ad  
 eos, hoc modo fabulabundi) verum deus cum vos fingeret,  
 quicunq; vestrū digni erant qui ceteris imperarent, eorum ipse  
 ortum auro permixto attemporauit: vnde fit, vt illi plurimo esti  
 mentur. at qui idonei erant futuri illorum adiutores, his deus  
 argentum immiscuit. postremo ære & argento attemporauit  
 figmentum agricolarum & opificum. Hic Platonis apologus  
 tropum habet consentaneum quasiq; alludentem, cū vasis au  
 reis & argenteis conciū illius hominis diuinę sapientiæ, atq; etiā  
 ligniis, in secunda ipsius ad Timotheum epistola: quæ in ma  
 gnis ædibus domini disposita sunt: alia ad honorem, alia ad  
 ignominiam. Cum igitur humana natura tanta varietate con  
 stet, motus tā diuersos, impetusq; tā contrarios in semetipsa,  
 atq; ex se ipfa cieat: cum & placidā intus naturā & efferatā

C ii

habeat: magna utiq; doctrina multifariamq; indagata opus est ad moderationem huiuscmodi animatis. In humanis autem mentibus intelligentiae inchoatae, perfici nequeunt nisi in officina philosophie. atq; ex his notionibus ratio coagmetatur, quae nihil est aliud q; in se perfecta, & ad summum perducta natura, inquit Marcus Tullius. Sed nos huiuscmodi ratione stoicam & exemplarem in hominibus consistere non posse nouimus, nisi sit conflata diuinatus, non lege naturae, sed priuilegio gratiae. Quare ratione intelligere nos nuc oportet, qualiter sapietiae humanae captus admittit: cuiusq; pars esse possit humanum fastigium. Supradictis accedit, quod sensuum corruptelae est ciuilis consuetudine manates, in nostram naturam incurruunt, ad prauitatem sua ipsam sponte, q; ad rectitudinem propensior: ob idq; ipsum egitem assidua recocinnatione. At vero harum corruptelarum alumna est plane & discipula, celebritatis ciuilis urbanitas: quam mundum appellare solet cœlestis sapientia: cuius placita atq; responsa omnino pugnativa sunt, non modo cum imperitiae plebis scitis, sed etiam cu equitum senatusq; cōsultis: illa vero & saepe cum regum cœsarumq; sanctionibus & porro cu pōtificum. Quapropter philosophia & vitiorum expultrix, & dissolutorum recocinnatrix, ad quam tanq; ad punctum mediū, omnes partes debet vergere orbis disciplinarum, quas literas bonas s; penumero dicimus, donum est ipsa sane diuinum & admirandum, cœlitusq; demissum. Hoc enim velut antidotum habet vita cōpositior & circumspecta, aduersus cōtagia cōpitalis vite & circuforaneæ: que metes humanas errorib; permultis inficiunt, virtutumq; igniculos extingunt in animis humanis ingenitos. Hic ille est nimirus crater ingens metis, que Hermes ille iam dictus, ut inter antiquos philosophos, ter maximus, expositum esse ait in mediū diuinatus, edicto voce pōnia in hac sententia promulgato, Quecumq; anima crater metis credit in cœlum unde demissus est, redditurus: aut q; finis non nescia est ad quem finem ipsa nata est, in eum ipsum sese si pot ipso mergito. Que animæ igitur exaudito preconio sese in metis illa cratera

ingurgitarūt, ex mētē suscipiétes, in viros perfectos euaserūt.  
Qui autē ad id præconiū obsurduerūt, iī sermonis partícipes,  
non itē mētis facti sunt: quippe ignari quē ad finē geniti sint.  
quare similes sensus cū brutis habētes, ira & cupiditate irreti-  
ti, nequaquia suscipiūt res admiratiōne dignas. Iāuero Promethei  
fabulā, quid aliud quia philosophiā significare cēsemus, discipli-  
narū inuētricē: quē mēti humanę nudę & inermi, atque om̄i pr̄  
fidio natura destitutę sui propria propugnaculo, res ad vitā necessā  
rias excogitauit, degēdā cōueniēter animāti rationali. propter  
quē hominū fictor appellatus est. Itaque idē Plato fabulamentū  
enarrās in Protagora, de prima generatione animaliū, Iam (in  
quit) dies instabat, quo die oportebat post cetera animālia ho-  
mīnē ē terra ad lucē existere. Ibi anxius Prometheus quonam  
pacto homīni salutē inueniret, furtim Vulcano subducit & Mi-  
nerux, peritiā artium atque ignem: nimirū qui videret artium  
notitiā haberī sine igne, aut certe vsui esse sine eo nō posse. Ea  
igitur cum igne dono dedit homīni. qua ratione rerum ad vi-  
tam vtilium homo peritiā assecutus est. Ceterum ciuilē scie-  
tiam habere non potuit, quae erat penes Iouem: & in eius in-  
gredi domicilium nondum licebat Prometheo. Ex his intelli-  
gimus per artiū mechanicarū inuentiōnem, homīnem ad vitā  
humano ritu viuēdam esse deductum: per artiū autem libe-  
ralium traditionem, ad vitam excolendam perductum esse, or-  
nandamque ē naturae humanae præstantia & dignitate. ad quas  
artes commendandas & illustrandas, præmīs utique luculentis  
iī homines excitandi sunt à principibus, quibus arte benigna  
& meliore luto finxit præcordia Tītan. vel ipse potius finxit  
cœlestis Prometheus, dei prouidentia, omnium animantiū ar-  
tifex, omniumque adeo formarum exemplarum cōditor. Hī em̄  
eo numero haberī debent (vt opinor) in eumque ordinem ado-  
ptari, quod genus aureum Plato vocauit, & argēteum. Nā qui  
rerum humanarum diuinarumque sc̄ientia, dicendi facultate cō-  
iuncta, prædicti sunt, sic præstare videntur ipsi inter mortales,

C iii

DE STUDIO LITERARVMRECTE

vt aurum inter metalla præstat. Nam sæcula inscitiæ & infan-  
tia, bonos quidem illa permultos homines, nomismatisq; for-  
tasse non perinde subdoli, edidere: ceterum crassi terreniç; me-  
talli. Sed sic erat tum sensus mortalium: & ad coticulam suæ  
ætatis, non ad nostræ explorare eos probareq; debemus. Neq;  
vero erat (vt opinor) ea culpa hominū, sed temporū. homines  
enim ingeniosissimos ea quoq; sæcula generunt, quibus in sæ-  
culis conticinum quoddam tenebricolissimum à literis bonis  
fuit & ab eloquétia: quoad tandem appetéte lucis instauratitiae  
tempore, sublustre iam cœpit esse atrę prius noctis coticiniū.  
Tuī autem clari principatus, Here, adolescentia, in omnia iam  
pene illustria incurrit: sed quę incremētum tamen splendoris lu-  
culentius indies accipiāt. Proinde vetus illa supellex philoso-  
phiæ quasi vasa lignea samiaq; ad rusticos delegata est, vel re-  
legata potius pomceriisq; eiecta, vt niture urbano liberalique  
indigna: qui vetustatis illius situm rancoremq; ferre ultra non  
potest. multiq; nunc libri qui auorum patruq; adeo nostrorum  
memoria in precio fuerunt, nunc nymphis aut vulcano dedi-  
candi sunt, vt museo indigni. Nam quis inuētis (quod dicitur)  
frugibus autam illam glande ruſtare non erubescat, cui qui-  
dem liberaliter institutum esse contigerit? Quin & sanctior  
ipsa philosophia non æque placere potest squallida & nítida,  
incódita & composita, lauta & illuuie deformis. Nam stoici-  
darum est & plane cynicorum, illa iam sententia, Dicite pon-  
tifices, in sancto quid facit aurum? Nisi vero charisteria Ser-  
uatori samiolis calicibus fieri, fas esse quis defenderit, adytaq;  
sanctissima atque delubra stanneis vasis ornari. Mercuria-  
lis enim sermo mētium sublimium interpres est, vt iam dictū,  
mirificorumq; sensu enarrator disertus & copiosus. Quod si  
theologia per se rerum diuinarum enarratrix est, eloquétia eo  
amplius earudem exornatrix esse potest. sub cuius facultatis  
despicientia atq; obtrectatione, homines nonnulli, immane ru-  
sticitatem fœdamq; barbariem oculere sese sperarunt, Verū

noster hīc Mercuriū, vt natales suos refert ad parentes nobis  
lissimos intellectum & prudentiam, qui originem habent co-  
lestē & sempiternā: ita rebus æternis ipse seruire debet stre-  
nue, & composite, & summa fide. Quidnam autem vetat ho-  
die literas bonas eruditōnemq; prīscam atque philosophiam,  
à poetis ad sanctos vates: à fabulīs īpietatis, ad historiam  
æternitatis: ab eleusiniis denique īitiis (quæ quondam Cere-  
ris errores commentitiū quidem illi, sed mystici pepererūt) ad  
veritatis atque sapientiæ inter mortales iam versantiū, expla-  
nationem transferrī: & si antiquitas bonorum fines tempora-  
rios, dicendī vī commendare, expetendosq; docere potuerunt:  
ita vt hodie quoq; ob id eam admiremur: cur absurdū esse cen-  
setur, de bonorum malorumq; sempiternorum fine, eadem dis-  
serendi facultate cōmentari, & scriptitare, & vero cōciones ha-  
bere? Nec vero dicēdī facultas diuinarū rerum iuxta humana  
rūq; īterpres idonea, si quidē earundem rerū scientia sit īmbu-  
ta, vlli vnq; cessit ætati. nunq; enim obsolefecit ille, nulla vetusta  
te exolefecit splēdor eloquētiæ. Nec minus nūc ipsa vī eloquē-  
tiæ vel togatæ vel palliatæ vīget, etiām si lōge minus pollet, q  
Platonis tēpore vīgebat, eiusq; alumni M. Tullii, atq; M. Var-  
ronis. Frēdeāt licet & quirītētur illi pro cōcione, qui alteri ob-  
trectāt: alterā extermicare cōcelo nostro conati sūt, vt pfanā &  
peregrinitatis ream ī ciuitate sancta. Id autem quod dixi sa-  
pientes illi prīsci significare volentes, Mercurios omneis pīn-  
gere & sculpere īstituerant iuuenili facie: quasi nunq; senescē-  
tes, & omni ætate florentissimos. Nam quōd quadratos suos  
hermas Athenienses faciebant, id significabat, dicendī faculta-  
tem ī omni re graui explicanda & exornanda quadrare & cō-  
uenire, quod nemo nisi ignarus īficiari sustinet. cum eo quoq;  
quōd dicendī genus oportet rebus dicēdis velutī normali ob-  
seruatione accommodare. Atqui cum dei filius, idem mens &  
sapientia diuina, vt omniū rerum auctor & conditor, sic etiam  
orationis fuerit: immo vero cum verbū, oratio, sermo absolute

ab oraculis nūcupatus sit, ipse Gregorio magno qui Theologus cognomēto dicitus est, assentiendum esse duxerim. is enim orationis & stili facultatē, eo maxime niti & gloriari meritissimo dixit, quantū est quod impeditur operæ ab hominē ea facultate prēdicto, in pietate & religione cōmēdāda, diuinisq; rebus enarrandis & illustrandis. hoc enim & sentire & fateri lōge prēstatius est, q; quod quidam faciunt, vt vastam rusticitatē sub nomine simplicitatis laudēt: quæ adulteratrix est ipsa sanctitatis meræ, atq; innocentia. Antiquissimā etiā theologia symbolicam fuisse ipse libens censeo, nō fabularem. licet (vt humana fere inueterando degenerant) à poetis qui diuina pro nihilo ducebant, excepta & tractata theologia ad figmenta deflexa sit tetra atq; impia. Et veteres quidē theologi deorum hominumq; patrem atq; satorem Ζευς, appellarunt, quasi vitæ parentem & auctorem (etsi Lactantius Firianus aliter opinatus est, qui mihi parum accurate hēc videtur perpendisse). Eundē etiam illi nā, ideo nominauerunt, quod per eum & propter eum omnes naturæ prodītæ sunt & substatiæ. Siquidem quicquid factum est, in ipso vita erat, nec sine eo factum est: quin & in ipso vita erat omnium, cum nondum quicq; viueret animatiū. Hic ipse parens rerum omniū ē Mnemosyne (quā ego esse interpretor recordationē propriæ originis & cognitionem sui) Musas genuisse dicitur. Hę Musæ sunt (vt opinor) mentis conceptus, eternarum rerum contemplatores, quę intellectu tantum percipi possunt. nā Musæ dictæ sunt quasi indagatrices, utpote per naturæ vestigia sensilis atq; mathematicæ, superna & cœlestia indagates: hodie eo amplius ipsę & labore longe feliciore, cubile ipsum veritatis in monumentis sacrīs inuestigantes: in Heliconis seceserunt montis (vt nomen ipsum indicat) anfractuosī choros suos ductantes, per quos seriem rerum intelligimus quę infinitam ipsa complectitur sapientiam. Eius porro motis duo vertices geminæque minantur in cœlum speculæ, alteri tropologia nomē: at ea quæ editior est specula, anagoge vocatur, in quā

philotheoria, quæ culmæ est columæ philosophiæ, interdum scandæ, ad summum humani captus fastigiū sublimis & tanq; volucris attollitur. Eoru aūt qui post sacrā ciuitatē cōstitutā (quæ inaudito nomine prīscæ philosophiæ, theocratiā dicitur) sapientū coryphæ fuerūt, sublimis illius verticis apicē attigit imprimis, diuus ille Ioānes delitię Seruatoris, qui co thurnū primus induit theologię. Nā in operis principio theogoniā mirifice & altiloquètissime cecinīt, à musis vtq; sanctiorib⁹ prorsus sublime rapt⁹, lōge certe beatius q̄ ille olim Ascreus vates, qui theogoniā illā cōmētitiā, & stēma tartari darū cecinīt. Secudū hūc alter iuris diuini cōsultissimus fuit, salutariūq; ceremoniarū magister & proditor in pūniciis : de quo priuilegiū latū inter superos, nullo (vt opinor) exēplo, vt ante annos vītē exactos, inter theoros animos & sp̄iritus spe c̄tatū admitteretur, & ea sacra spectatū quæ nec prodere ipsi aut cuiq; alteri, nec effari fas esset. Hęc duo lumina inter antistites sapientiæ, fugacis antea veritatis ac summi boni vestigia ambagesq; explicauerunt, quæ sat agenti philosophiæ nullūq; nō lapidē (quod dicitur) moliēti, sese subducentia, tanq; intra caliginem dogmatū pugnantū abdita essent, inani labore indagabantur. Cum interim in ænigmatum sacroru in uolucris inclusa veritas ipsa delitesceret, ac ne ab iis quidem nisi per paucis perspici posset, qui ipsa in uolucra habebant in manib⁹, & s̄æpe contrectabant. Proh diuī immortales hoc quid aliud fuit, q̄ duos ipsos heroas, nō suo sed diuino marte actos, sphingē illā externæ philosophiæ cōficere? quæ tanta, tot extatū ingenia, tādiū grīphis suis torserat nequicq; & consumperat. At vero qui ad rerum diuinarū cognitionē suapte vi assurgere conati sunt, quasiq; sphingem illam ludificatricē sua Minerua captantes humano marte comprehendere, vt Porphyrius & Plotinus, & quidam alii eiusdem familiæ, in eandem ipsi fraudem impietatis cum illo Prometheo inciderunt, qui ad Caucasiam rupem à Mercurio affixus est, adhibi

## DE STUDIO LITERARVM RECITE

to vulture assidue excarnificaturo: ob id ea pœna mulctatus,  
quod Iouí conatus imposturam facere, hominem etiam finge  
re ausus esset: tum quod ignem igniario excussum hominibus  
tradidisset: siue quod fulminis rationem comperisset, vulgas  
setq; compertam. Hunc ego Prometheus hominis philoso  
phi intellectum esse conseo: qui in physiologia atq; astrono  
mia cum successu versatus, atq; in aliis partibus philosophiae  
ad diuinorum quoque intelligentiam humanæ tantum con  
iecturæ admīniculo assurrexisse confidit, aut euasorum tan  
dem. Quod hominem est fingere, hoc est hominem ad ratio  
nem formalem sui generis absoluere, ut rerum humanarum  
prudentiam diuinorumq; teneat. Is igitur Prometheus blan  
dimentis erectus & illecebra commentationis, in humanis ac  
physicis magnopere proficiens, iisq; simplicioribus & iam  
pene abstractis, mathematicis: rerum etiam earum naturam  
quaे mente sola percipiuntur, cessuram arbitratur animi sui  
contentioni. Quare posteaquam altioris speculationis inten  
tione, quasiq; alis animi se sustulit, sublimis abire sibi videtur,  
& veritatis comperiendæ studio semper gliscente, per inane  
volitans, animum suum exest identidem fibris iecoris renascē  
tibus, cum semper recurrat hæsitatio, ut est diuinorum rerum  
contemplatio. Ipse vero Iouis lictor Mercurius, mea quidem  
sententia esse potest ratiocinatio humanitus inuenta, que om  
nia sui iuris esse putat: supra, infra, eorumq; contermina. Ve  
rum eo supplicio aliquando defunctus, eadem similitudinis  
ratione, videri potest Prometheus Herculis beneficio, non il  
lius Thebani, ut inquit Philostratus (multi enim fuerunt eo  
dem nomine) sed cœlitus oriudi, ac longe illo omnibusq; ma  
ioris, qui sagittis aquilam, aut vulturium illum Caucalium  
confixit, carnificem intellectus. Huius igitur Herculis virtu  
te quasi ex Caucasi carnificina homines multi liberati sunt,  
externa quaे dicitur eruditio sane prædicti. qui errore intel  
lecto ad christianissimum sese consultissime suaq; contulerū,

exuta Græcę philosophię professione. nimirum quod animaduerterent Promethei illius figmenta inchoatos tantum homines esse, & tanquam animantes: non etiam spirantes superorum cognitionem atque immortalitatis cognitionem, ad quam homo factus est. deesseq; illis ultimam manum & quasi phidiacam, quæ non modo hominis rationem perficit atque finitionem: sed ab integro rediuuam efficit per palingenesiam cœlestis philosophiæ. Cuius philosophiæ qui mysteriis magnis iniciari velint, eorum hominem exteriorem sideratum (vt ita dicam) esse oportet, sensibusq; emortuis, quasi numine rapidiore afflatum atq; vrentiore. Quandoquidem autem in illa vasta priscae doctrinæ sylua, permulta occurunt salebra, in quibus haerere nonnunquam contingit: crebriq; anfractus, qui in deuia interdum ferunt: libenter quidam fecerunt homines proclives ad inertiam, vt intra pomœria versari tantum orthodoxiæ doctrinam probabilem dicerent & contenderent, atque eum colorem interdictis suis quærerent, cum cultores ipsi omnes rectæ religionis, eorum scriptorum lectione & studio, quasi diro & auersando, arcerent qui sæculares externiq; appellantur. æmulantes utiq; eo facto institutum Juliani Cæsaris cognomento transfugæ. Qui (vt auoctr est Gregorius ille magnus) Christi nomen exosus, ultimi loco supplicii simile interdictum in eos commetus est: quos ipsi Seruatori deutos esse compererat, ideoq; studiosos aperte doctrinæ euangelicæ. Verum ille dira atq; immani præditus erat impietate, cum ingenio singulari & eximia literarū peritia: isti cum animalium arcadicorum capitibus, suillas etiam aureis habere se satis ostendunt, cum omnem musarum concinnitatem aut respuant aut stupide transmittant. Certe quidem seuerissimis eorum & grauissimis, non tam lingua quam palatum fortasse, nec tam cor quam supercilium sapiunt. Sed fuit illud genus, vt spero. in manesq; nunc declamare me, non in homines existimo: cum literarum bonarum peritia non modo popula

ris in vniuersum, sed etiam apud amplissimum ordinem huius  
teris studentium, grata esse cœperit & plausibilis. cariosę  
enim illæ stirpes vetustæ ignorantiae luculente iam labant:  
quare omnes fibræ (vt speramus) sensim citoq; emorientur.  
Orbis autem ipse studiorum in conuentu scholastico Lutetię  
repente conuersus est: qui in prima inclinazione sui magnum  
plane stridorem & tumultuosum edidit. Nuperq; barbarica  
illuuiies & sermonis rusticitas, è philosophia porticibus faces  
sere conspicue cœperunt: nimirum ex quo linguae Græcae su-  
pellex in eas importari ad ornamentum cœpta est. Rursus ve-  
ro nos rem præclaram & honestam, ab antiquis inuentam &  
absolutam ad formandam componendamq; humanitatem,  
quam Plato in Timæo diuinitus datam hominibus esse scri-  
psit, ne in noxā diram vertamus, animorumq; internicionem,  
summopere animaduertendum nobis est, & prouidendū etiā  
atq; etiam. Quid enim inconsultius esse potest quidamentius,  
quām antidotum philosophia, ad vitandam contagionem in-  
uentum imperitæ multitudinis & hallucinabundæ: in venenū  
vertere impietatis, animis immortalibus exitiosæ? Quid lite-  
rarum cultoribus calamitosius, quām cultum & ornamentū  
vitæ, eorundem hominum culpa in necem euadere horrendā  
animorum. Nam quod in tuenda hominum vniuersitate pro-  
uidentia facit, vt ex bonis malisq; & è tanta ingeniorum vo-  
luntatumq; varietate, ciuitates & cætera hominum conuen-  
tacula coagmentata sint salubriter & eualescant: hoc efficere  
debet bona fides, & recta de rebus diuinis persuasio, in ea do-  
ctrina quæ encyclopædia dicitur. Et quod umbrarum colo-  
res in tabulis faciunt, vt eminentiora sint lumina: hoc facere  
doctrina inuenta debet, cum oraculari inspirataq; composita.  
Iamuero vt homo firmi stomachi etiam malí succi cibos in  
alimentum corpulentiae conficit: ita qui non suo & sensuum  
stomacho, sed rationis & pietatis orthodoxæ studere & com-  
mentari semel constituerunt, nihil non congruenter & com-

mode consilio suo concoquunt. & delectum tamen lectionis habere oportet, vt animaduertamus orbem nobis vitæ salubris circumscripsum esse doctrina euangelica: intra quem si quæ studiorum genera sunt, quæ admitti sine collisione nequeant, ea esse protinus repudianda intelligamus, ne summa propositi ea culpa euertamus. Mihi vero literarum bonarum hodie studiosi, riuales esse videntur in amore anus honestissimæ, quæ diu amatoribus ut ignota & squallida caruit: nunc autem rediuiuo decore interpolis ac sine mangonio, quasique integra denuo ætate florens, in medium lauta, elegans & nitida, cum suo se mundo ornatiusq; protulit, ac per omneis nationes æmularum cohortes secum trahere conspicitur: tanta contentione ad tutandam eius dignitatem & ornatum vires periclitantium, vt & facultates suas & vitam ipsi deuouisse matronæ deamatæ existimari debeant. Id quod insanæ fortasse instar quoddam habere videretur, nisi tanti esse ac pluris credetur, vnum hominem exemisse se turbæ viuis aut alterius prouinciae, nec suæ tantum ætatis, quod vnuquisq; sperat literis deditoruim. Proinde ne eius studii amore inconsulto & perenni (temporarius enim esse debet) ab earum rerum recordatione abducatur, quarum studium antiquissimum esse par est (nam cum mundo matronali illecebras etiam illa habet animis vehementer lenocinantes) consilium mutuemur oportet à Nicolao Damasceno, eiusq; sententiam pro oraculo habeamus. Sic enim fiet maxime, laboris ut impensi in cultu externæ illius disciplinæ nunquam nos pœniteat. Aiebat autem ille philosophus, vir optimus idem & doctissimus, universam literarum disciplinam, orbicularisq; eruditionis curriculum, peregrinationis similem esse. Etenim quemadmodum peregre euntibus, qui itinera longa permetiuntur, quædam in loca contingit diuertere, ibiq; mansionem vnam agere: qui busdam in locis tantum prandere: in nonnullis rursus immorari dies plusculos: deniq; loca nonnulla transeunteis oculis

tantum lustrare: ad extremum vero peregre redeunteis, domi deinde permanere atq; inhabitare. Ad hunc eundem modum studiosos homines oportere literarum discendarum spatium permeanteis, quibusdam in disciplinis logius immorari, in quibusdam aliquantisper: & quasdam quidem disciplinas totas, quarundam parteis, quarundam elementa, modo percipi pere. sicq; ex unaquaq; utilissimum quodq; comprehendenteis, tum domum vere paternam repetenteis, illic ad ultimum usq; philosophari. Haec mihi sententia veri & germani philosophi esse visa est, mirumq; in modu probada & amplecteda homini studio, saneq; religiosis cupido & reuereti. Nam quid miserius est, quid imprudetius, quid denique vecordius: q; ex tot, tantis, tot etatum diuitiis, quae in medium exposite sunt, & vigilantisimo cuiq; ad occupandum obuiæ sine aliorum detrimento, nihil in rem suam vertere, nihil ad viaticum augendum immortalitatis sumere: sed ex vehementi & diuturno labore oculos tantum mentis inaniter & dispense pascere. Aliter atque ille scriptor satyræ censuisse mihi videtur, tam et si veræ nescius sapientiae: qui olim ita scripsit,

Petite hinc iuuenesq; senesq;

Finem animo certum, miserisq; viatica canis.

In ludo enim Philologie anima instituitur: in philosophie autem exhedra animus & spiritus. Quid illud Horatii ad Florum, nonne eodem pertinere videtur: etiam si summum bonum quid esset nunquam ille suspicatus est. Quod si  
Frigida curarum fomenta relinquere posses,  
Quo te celestis sapientia duceret ires.

Calidiora enim multo fomenta sunt eternæ oracularisq; doctrinæ, q; secularis atq; humanæ, que implere desideriū nequit. Nam animus philosophus, celer, impiger, inquies, actuosus, in nulla re acquiescere potest, extraq; cum totus est in contemplatione rerū sempiternarū, quarū fructū futurū, interim cōmentando presumit. Sacrosanctæ aut philosophie promissa ideo

fide solida & stabili subnixa sunt, quod nihil de suo sibi ipsa  
vt externa & vaniloqua: sed vt inquit Cyprianus, de sanctario  
dei spondet: id est de oracularis scripturæ fide atq; auctorita-  
te. Eruditionis igitur iustæ & elegantis fructum esse oportet,  
vt à superioris illius poetæ auctoritate nondum recedam,  
Compositum ius fasq; animi, sanctiç recessus  
Mentis, & incoctum generoso pectus honesto.

Antiquissimi etiam poetæ, semina theologiae, vt tum erat tē-  
pora, non admodum improbandæ, ab adytis illi quidem san-  
ctioris philosophiaæ atq; adeo sapientiae mutuatæ sunt. cæterū  
inextricabiles fabularū gríphos, impietateq; luculentā prefe-  
rentes, pro integrumentis veritatis ipsi excogitauere, quam ab  
oculis profanæ multitudinis abdēdam esse cérebant lógeq; re-  
tinendā, in instituto veteri. In ipsis aut̄ fabulis cum naturæ vim,  
tum ratione vitæ placide & humaniter agēdæ, mystice tradī-  
derūt: ad vnicum deū ipsis summam rerū, illiusq; auctoritatē  
& primordiū referentes, quod vniuersum appellatū est. At ve-  
ro sequentiū deinceps ætatū licentia, summa impietate cōsce-  
lerata, omnia voluptatib⁹ flagitiisq; permiscauit & inquinauit.  
ex quo euenit vt eleusiniorum (vt ita dicam) sacra atq; cerea  
lia mysteria, in orgiorum impuritatē liberaliūq; verterint &  
floraliū. Mihī enim videtur ars poetica, quasi vaniloquentia  
buccina, spíritu tartareæ noxæ inflata, deorum illam vim por-  
tentosam in Græcia, quasi in celeberrimo mundi theatro, co-  
lendam promulgasse & edixisse: indeq; per orbem terrarum  
mōstra deorum per uulgasse, voce longe lateq; quoquo versus  
exaudibili. Quę causa fuit (vt opinor) cur Plato in secundo Re-  
rum publicarū libro, Homerū & Hesiódum vt præcones im-  
pietatis ē ciuitate expulerit, quam insituendam ducebatur. Etsi  
enim theomachiæ, deorumq; similitates ab ipsis proditæ, sym-  
bolicos sensus habent & saepe admirandos, imperitos tamen  
sefellerūt, que multo maxima pars fuit mortalium. Hoc ipso  
certe commento errorum ille sator, stygiusq; insitior volu-

ptatum, Plutonis illas fauces satís alías patenteis, hiátius tam  
en aperuit, iurisq; sui & imperii gentilitiam illam multitu-  
dinē plane fecit: decedente vtq; ex illa colluuiione scelestæ im-  
pietatis, diuina quodammodo prouidetia, eiusq; impuritatem  
auersante. Qua de causa princeps mundi ab ipso Seruatore  
mortalium tetterimus ille tartari præfectus appellatus est,  
qui eam viam hominibus sanæ mentis preuiuit & præmōstra-  
uit, disciplina salutarí cum interpretibus eius tradita, quæ in-  
diuersum abducit mortales ab erroribus. Quin & ipsa prima  
poësis atq; theologia, id vel impietatis vel ignorantiae potius  
habuit, quod illud ipsum numen diuinum quod vnu esse sta-  
tuerat, coercuit intra fines, & in vniuerso ita conclusit, vt deū  
quasi mundi animum, in vniuersitatem ipsam rerum quasi in  
corpus suum condiderit. Eius vero sedem atq; domiciliū præ-  
cipuum in sole esse aliqui perhibuere. Quibus fuerūt ipsis ea  
vltima, quæ nos in summis cítima esse diuinitus nouimus &  
perhibemus. Naturam etiam ipsis posuerunt vt primam cau-  
sam: & materiem vt principium. cum nos hanc vt opus, illam  
vt instrumentum primæ causæ, vel opificē rerum architecto-  
nicæ causæ administratram parentemq;, & ab ea productā esse  
dicamus. Proinde ex illis epulis è penu priscae sapientiae pro-  
ptis, quibus animi literis studentium aluntur, bellissimum  
quodq; carpēdum est à nobis, quod ad nutricionem faciat  
philosophiae facundæ & elegantis futuræ. Nam anima ho-  
minis philosophi studio encyclopædiaz culta, ac multiplici-  
ter quasi terra subacta: tum eloquentiaz copiis quasi lætamis-  
ne exuberans, grandioreis fœtus edere haud dubie & vita-  
lioreis potest atque validioreis. Verum ad illas epulas philo-  
sophiae quasi conditaneas, quo quisque stomacho accesserit  
(vt diximus) magnopere interest. Nam nisi stomachum per-  
suasione recta pietatis, oraculariq; religione tintū, ad id stu-  
dium attulerimus: metuendum est animæ, ne quædā aut poe-  
tica aut philosophica, iucundius ipsa condita, quam sanctius,

auide deuoremus : quæ deinde male diu concocta , in cordis  
ventriculo perniciose hæreant. Atque ut olim Minerua cum  
opificia omnia lautiora , tibiarumq; artem inuenisset , tibias  
continuo fregisse dicitur & abiecisse , posteaquam comperit  
modulis earu virile robur effœminari : Ita & nos ex reliquiis  
peringeniosæ illius & sane industrie antiquitatís deligere no  
bis ea debemus quæ consona sint , aut certe non absone stu  
dio rectæ philosophiæ , moribusq; receptæ sacrosanctæ ciui  
tatis , quæ theocraticis institutis ab origine sua temperata est.  
Quæ autem huic pugnantia sunt , aut magnopere dissentan  
tia:ea tanq; in transcursu iuuentutis , & veluti contemptim,  
legere:deinde abiicere , aut de manibus certe ponere:ne inqui  
nametum relinquant tractata diutius quam iustum est : aut  
nimia cum voluptate . Et putidum vero mihi & ineptum esse  
videtur , & planè cacozelum , optimarum literarum studio  
sos , quales omnes docti videri voluit: ex prisca impietate , quæ  
iampridem non nostri cœli tantum finibus explosa est , sed pe  
ne toto orbe exterminata , eos lepores dicendi repetere , atque  
in usum nostrum referre , qui genium nullum habent nisi im  
pietatem plane oleant & preterat . Nam quid rancidius inter  
pietatis homines reuerenteis , q; post damnatam illam poly  
theiam , quæ pro atheia quodā haud dubie fefellit: eos qui do  
cti videri velint & lauti , adhuc ita loqui , quasi vim illa superu  
inferumq; numinum literarum bonarū studiū nō abnuerit: id  
quod si doctiorū senatus sanciēdū duxerit , quis est iā paulo re  
ligiosorum , ac pietatis nomen cōsertis manibus amplecten  
tiū , quin valere literas bonas easdē atq; nocētissimas iussurus  
sit: Nisi vero huiuscemodi literarū studiū , nō cultura est ani  
mi potiusq; vitiorū cultus . & nisi ea esse culturā fateri quenq;  
nō pudet , cū inficiādo nō sit si vrgeat , cuius apostolus cœlit⁹  
cōdocefactus , meminit ad Hebr.ca.vi. quæ tribulos & spinas  
gignit . Neq; vero pietatē amplectimur fide bona , ac retinem⁹  
Seruatoris religionē: & nō impietatis exuicias abiecim⁹ . Neq;

D iii

DE STUDIO LITERARVM RECTE

sordentis iam & tetræ polytheiæ exuuias abiécimus in purifico Christi labro, & eas adhuc cordi nobis esse, cupide ostendimus. Profecto mea quidem sententia, & multorum, obsolescit hodie philosophi hominis oratio culta impietatis lenociniis, & perfidiæ venustate conscelerata & impiata. Mirum certe est tot sæculis polytheiæ spurcissimæ sermonem vetustescere non potuisse, cum Ciceronis & Quintilianis temporibus saliorum carmina, ut putida cariosaq; vitaretur. Quod si in templo dei summi, & in orthodoxiæ ceremoniis, verbis nos vti iuuabit liberalium & orgiorum, idq; faciundū duxerimus non verecundiisse: quid iam futurum est, nisi vt impietas quæ ab ecclesia heroica virtute & cum plausu electa erat, per posticū obrependo redeat? Mihi enim nihil aliud videtur esse in polytheorum pompa & pæanibus orationem orthodoxorū se se hodie iactare, quæm ipsum christianissimum securum & libenter versari in præsidii hellenismi, quæm iandiu tamen ipsa plane partes facere desierunt: visque adeo ab hostibus etiā damnata sunt rectæ religionis. Quid autem vetet elegantem simul ac pietas redolentem orationem esse, prorsus ipse non video, præter prauæ cōsuetudinē corruptelā, quæ oculis nostris auribusq; ita obrepit, vt eloquentiæ dignitatem inesse, & poeticæ concinnitatē non posse, sine bacchabundæ impuritatē diræq; genio existimemus. Quasi vero Plato qui Moses atticus appellatus est, non eadem gratia veritatē & fabulas enarrauerit: quasifq; non tam à lingua latina abhorrese ante Ciceronem philosophia videretur, quæm nunc videtur theologia, & iuris ciuilis pontificiūq; prudentia. Hæc opinio planipedem theologiā nostram ac iuris diuinī prudētiā, pro cothurnata magno errore fecit: cum vis de rebus diuinis aut ad diuinā pertinentibus grauiter differendi, & sententiose, explicante, eleganterq; dicendi, quod fastigii est maioris inter doctrinas humanas, eo maiore pietate decoroq; iungenda sit. Omnis enim propemodum vertas sapientiæ, & ipsa (vt ita dicam) sentiendi sylua atq;

intelligendi, è libris consecratis petenda est hodie. sed res & sententiæ ab iis exornandæ sunt, quibus ægyptiis opibus bene peculiatos esse cōtigit. Ab ipsa igitur figlina Promethei, & ab illa plastice antiquæ philosophiæ, quæ luteos tantum homines animalesq; fingit, ad Mineruæ cœlestis augusteque sapientiæ officinam transeundum est magna & proba religio ne, quæ vitæ spiraculum ficto homini quasiq; inanimo ad dedit. eadem etiā terræ quasi prius incultæ nouat faciem, ad semen fœcundius excipiendum. Quod si absq; dispendio nitoris atq; elegantiæ lingua latina pie loqui innocenterq; non posset, equidem pura eadem sacrissq; digna supellestile venedum esse censerem potius, quam impietatis emblemata antiquo locupletata. Nunc cum ea sit flexibilitas eloquentiæ, ac dictionis latínæ, vt sine imminutione splendoris sui induere ipsa personam piam, ac sustinere possit atq; perferre, cur tam maligne de ea nos mereimur, vt obscenā tantū eam esse fabulatricem, & profanarum partium actricem credamus, & pronunciatrixem? Atqui ad dicendum probabiliter (vt Marcus inquit Tullius) caput est nosse mores ciuitatis cuiusque, qui quia crebro mutantur, genus quoque orationis est saepe mutandum. Cum igitur mores & vita ab impietate migrarent ad pietatem diuinitus proditam: quamnam obrem tandem una quoq; non transferetur eloquentia, quo nihil est dulcilius? Etsi ad res latinas indicandas & eloquendas, quas saecula recentia pepererunt, indiesq; alias atq; alias pariunt: nō noua latinitate que placere non potest, sed rediuiua opus est, (alioquin latínæ linguae copia sensim imminuetur, & tantum à posteris proficietur in mopiā) quare in ea parte vitæ que ad sacra, ritus, ceremoniasq; salutares pertinet, & ad diuinā explananda aut commēdanda, irrediuimus sermo latinus erit & græcus? Ego vero amictum nouū ex veste scite interpolata, aptandum esse eloquentiæ censeo, qui legib; & institutis ciuilib; ritibusq; adeo conueniat religioni cōsentaneis. At

D. iii

## DE STUDIO LITERARVM RECTE

enim nouum est hoc incepsum & in arduo situm. Sit sane (nō enim causam dixerim) atq; etiam in lubrico, & confragoso: modone in vndiq; abrupto & inacesso. nam & latine lingue instauratio in multis partibus que iam restituta videntur, nō protinus atq; inoffense cessit experienti contentioni: nec si facile non fieri, ideo prorsus non potest. Esto hæc ærumnarum summa in certamine elocutionis probæ restituendæ, & barbariae exterminandæ: maior deniq; ærurnna sit illa quidem, q; uno ut Hercule aut altero confici ipsa possit. sed eiusmodi tamen que desperanda non sit vel Herculí, vel Vlyxi. Nimirū huic quoq; certamini sui Hercules, suppares antiquis nō deerunt, si modo Eurystheos iis e quales ventura tēpora non desiderauerint. Illoco enim existet qui Heracidarum stemma consulta cum fiducia augendum suscipiant: indeq; imagines in gentem quisque suam patriamque auferendas, & vero iam strenuissimi cuiusque conatus studiuinque mirabile eodem incubuit. Quod si principum hominum liberalitas spem eorum destituerit, quod ominari minime velim (præsertim ad te scribens Franciscus Rex doctorum amantissime) vnicuiq; non subsidio quidem vitæ lapsi, suus tamen erit intestinusq; Eurystheus, literarū amor flagrantissimus, cupiditasq; honestissima constituenda maiestatis eloquentiæ, quæ multorum sacerdolorum infelicitate magis quam incuria, laxa fuit, deiecta que & imminuta Etenim ingeniosissimo cuiq; viro & ingenua volūtate prædicto, Eurysthei instar est incitata voluntas illustrandi sui nominis, ingeniiq; proferendi. Nec Eurystheus ille Homerī Rex fuit Mycenarum, vt ego cum Atheneo sentio: sed Herculis amores potius & delitiæ, quibus omnia heros ille permiserat de semetipso. siue ille potius fuit cupido quidam gloriae adipiscendæ, qui tantos labores Herculi imperitabat amore immortalitatis ardenti. Nā & eques stris ordinis in more quibusdam nostratum atq; finitimum, auorum nostrorum memoria & superiore fuit singulari cer-

tamíne inter se prouocare inclarescēdī cupiditatem. in alienasq; prouincias illi prouocationes de scripto certa lege mittentes diem certaminis condicebant : non vni aut alteri, sed primo cuique, qui experíundæ armorum scientiæ gratia & virium concertare statuisset. deinde à regibus venia pugnandi & cōmeandī impetrata, ad diem constitutum loco ad id comparato , sub arbitrio iudicium campestrium dimitabant : ad eam formulam certaminis, eamque legem, quam prouocator ipse æquis conditionibus exceptionibusq; tulisset ab initio. Martem id experiri amorum suorum gratia dicebatur . Verum enimuero in monumentis consecratis atq; oracularibus, quibus omnis auctoritas veritatis, atq; immortalitatis animorum fides constituta est, homines quidam huius ætatis non huius cemodi Eurysthei imperio: sed stygiæ Iunonis instinctu acti, cestroq; tartaro, peruersissimorum dogmatum patrocinia inuenient, vt ancipitem sæpenumero sermonem esse veritatis videmus, eorumque interpretatione egentem qui iuris diuiní consultissimi fuerunt, innocentiaq; probati & sanctitate morum. Hoc autem vt mirum est homines primum paucos tentare ausos esse post constitutam religionem, multorumq; sacerdorum & insignium consensu stabilitam: ita literarum bonarum restitutioni inuidiosum fuit aliquandiu . Quarum isti fiducia sollicitare religionis tranquillitatem falso existimati sunt. Et vt illustres olim nostræ memoriaræ ætates futuræ sunt ob literarum optimarum postliminium, ita infamia inexpabilis flagraturæ, ob læsam maiestatem non modo ecclesiastice sententiæ, sed etiam hostiæ mirificæ atq; expiabilissimæ: tanto numine, tamq; praesenti sæpenumero sanctæ, adorationique consecratæ. Non fuit sat sordi arrogantiæ sensum communem huius ætatis, religionis implere ancipitis, & inter fidei perfidiæq; consilium ambiguæ & alternantis, nisi veneno per detentum prorepente , christianismi cardinem dimouere, fidei columen & firmamentum conuellere niteretur, trabali clauo

fixum. quæ scelera impietate tam populari ausi sunt homines audacissimi, ut etiam olympionicarum plausus atque premia à patria non frustra sperauerint. Quodnam igitur iam viaticum habebimus ærūnosæ peregrinitatis & calamitosissimæ nimirum tanto portento expiatam oportuit eam quam sub id tempus aut paulum ante vidimus licetiam in arce religionis: quæ licentia cothurnatis ausis, & pelopidarum facinoribus omnia conscelerans, sacra profanis, & ea quæ pace innocencia censentur, bellicis negotiis sanguinariisq; permiscauit, nec vero sanctissimi illa apicis frontem perfricare præ cupiditate insana verita est. Vnde euensis nemo ambigit hominum quidem de caelo seruantium, ut non modo dignitatum sacro-sanctorum maiestas, sed etiam (proh pudor, proh piaculum,) pietatis ipsius sacrarum, per ora hominum sermonesq; traductum, in theatralibus prosopopœiis productum, satyrica dicacitate confixum, deniq; per officinas passim proscriptum, in ordinem (ut dicitur) redactum sit. Quin & religionem ipsam Christi Seruatoris ab ædituis suis destitutam nouimus, & tamquam pro derelicto plane habitam. Nisi vero religionis defortores non sunt, qui eam cum donariis eius aperte & impudenter egerunt & tulerunt, agunt etiam nunc & ferunt. Quos diris ob id omnibus omnes ordines hodie prosequuntur: velut in re perdita, in pietate prodita vociferantes nequicquam & quirantes, interdum pro concione. Verum si orthodoxæ fundamenta homines illi pauci, quibus nihil eximum, nihil sacrosanctum fuit cacozelia extimulatis, labefactare magno cum fragore compagis quoquomodo potuerunt: (et si conueli nunquam poterit diuina manu fixa in prouinciis quidem illis, quas numine præsentiore tuetur prouidentia) nos æmulatione recta instincti, operam nauare strenuam pietati non poterimus: non aggrediemur priscam vim eloquentiae atque auctoritatem, non suapte natura magis vsibus profanis aut vaniloquentiæ, quam veriloquio aptam atq; sapientiæ, ad bonam

nunc frugem salubremq; transferre? Sacer ille sermo cœlitusq; delapsus, similis est (inquit Gregorius) imaginí quo-  
quo versus intuenti, quales multe pinguntur obtutum circu-  
agentes ad hominem prætereuntem. Ut enim homines recta  
mente præditos, & dextero pede accedenteis, primore aspe-  
ctu festiu sermo diuinus admittit, epulisque salubribus ac-  
cipit & prosequitur: ita sinistro pede ingredienteis fallit, eo-  
rumq; peruersis voluntatibus assentire creditur atq; astipula-  
ri, ac sese illis dare: eosq; vt abutendum etiam semetipsum  
præbere videatur. Si igitur diuiní verbī sublimitas, vt admiranda sanis intellectibus & veneranda, sic nonnusquam fle-  
xiloqua, calumniarum etiam ansam peruersis animis nō pre-  
cedit aut subducit, qui ab orbita diuinitus impressa digre-  
di non verentur: cur tam rustice morosam faciunt imperiti  
theologiam, elegantis vt Mineruæ cultæq; ornamenta, mun-  
dum etiam (vt ita loquar) Veneris matronalís & caste, ad sa-  
crosanctas ceremonias ritusq; purissimos recuset transcri-  
bere? quasi vero non omnibus organis diuinæ laudes cele-  
brandæ sint. Quæ (malum) autem est ista opinionum absur-  
ditas & peruersitas? Hí sugillatam putant, quasiq; attracta-  
tam per iniuriā, sacræ philosophiæ dignitatēm atq; integrati-  
tatem, si eloquétiam antiquam procul à sese non amouerint:  
Illi rursus capite minutum iri credunt eloquentiæ splendo-  
rem & venustatem, si squallidæ plerunq; aut impexæ theolo-  
giæ seruire constituerit, aut sese accommodare. Proinde anti-  
quitatis sententias relinquentias esse nobis repudiandasque  
censeo: eas quidem quæ orgiis impuris ita dedicatæ sunt &  
impiatæ, vt lustrari iam nequeant. vt pote qui sententiis abun-  
demus longe illis grauioribus, & argumentis pietati consen-  
taneis. Forma autem vtendum illorum & materia orationis,  
qua nihil est flexibilis & sequacius. Id quod indicat Proteus  
in fabulis, quo materiam prisci significandam duxerūt. quip-  
pe quæ omnia transformet sese in miracula rerum: id adeo

## DE STUDIO LITERARVM RECITE

vt ex aqua etiam Proteus in ignem verti possit, ne quid fieri forte non posse isti causentur eorum quae diximus. Nam quid tandem hodie multa ad vitam agendam comparata, latine dici vetat, etiam si olim inusitata fuerunt: nempe id aut unum aut multo id maxime, quod naturam & ingenium Protei non animaduertimus, ut pote qui praeterita scire eum tantum putemus: nunc ille omnia nouit, quae sint, quae fuerint, quae mox ventura trahantur: vt ex Homero Greco noster ille prodidit. Poetæ (vt supra dictum est) vetustissimi, veritatem ad fabulas sapientiamq; transtulerunt, poemata etiam illa sua nobilissima idem Homerus quibusdam quasi insignibus exornanda censuit, tralatis historiis vt merito creditum est, ab Hebreorum monumentis. Fuisse autem notum est antiquissimæ philosophiæ institutum, Sapientiam vt peregre discerent ipsius studiosi: in Aegyptum, in Babyloniam petentes illam, & ultrius. Inde est illa non dubie noxae aut offensæ descriptio apud eum ipsum poetam (qua ille cunq; ratione diuinam historiam cognitam habuerit), Iliados nono, & vnde uicesimo, quod Iustinus philosophus è gente externa in familiam orthodoxæ diuinitus adoptatus, Eusebiusq; adnotauerunt. Mihi etiam aliquando in metem venit addubitare, num Eurysthei fabula & Herculis eodem libro prodita, historiam Iacob & Esau vir ille ingenii admirandi adumbrare voluerit: quæ à Mose scripta est Genesios cap. septimo & vice primo, hoc enim tropo forsitan summus ille vir historiam hebraicam inuoluendam cœsuit, quam rei cuiusdam mirabilis imaginem esse figuratam suspicabatur. Nam quemadmodum Iuno futurorum præscia Ioui suo coiugi imposuit, Eurystheo subdito qui fatum Herculi præriperet: Ita matris suasu Iacob anteuerertens germano natu maiori, primigenia tantæ ac talis hereditatis abstulit, cum parenti suo oculis orbato fraternalrum manuum assimulatione obrepisset. Iam quod supplices preces idem poeta apte & concinne ut omnia describit, quas ipse litas appellat, ac Io

uis filias esse dicit, atq; apud eum pergratiosas : è diuinis illis  
voluminibus hausisse eum credibile est. Quocirca cū poema-  
ta sua veteres huiuscemodi insignibus veritatis, quasi accersi-  
tis emblematis exornanda duxerint: cur gentilitiam illā su-  
pellectilem in medio iacentem & expositā, sacræ philosophiæ  
accommodare, vel piaculare esse vel dissentientē credeamus?  
Omnes igitur literarum bonarum opes, cūctæ eruditioñis iu-  
stæ & legitimæ partes, obsecnitate quidē prisca impietateq;  
vacantes, ad rectam sanamq; philosophiam instruendā ornan-  
damq; coeunto. Sic enim huius temporis ratio & cōditio po-  
scit. & ipsa aut̄ philosophia, & vniuersus eius comitatus, quāli-  
bet numerosus & amplius, vna cum omnium musarū choro,  
theologiæ maiestatē comiter in posterū pieq; obseruāto. Quip-  
pe quam príncipem esse scientiā notum est, sapientiāq; quodā  
propriè appellatā. tametsi antiqui nomen hoc eius nouerunt,  
honoriq; imprimis habuerunt: nimirum magnum quippiam  
& venerandum ea voce, naturę instinctu exaudiētes: naturam  
autem atq; significationem maxima ex parte ignorauerūt. Si-  
cut æternarum rerum atq; immortalitatis animorū quoddam  
velutī simulachrum, eorum prudentissimi fere, non etiam na-  
turam substantiamq; intellectu percipere potuerunt. Et Ari-  
stoteles quidem in iis quæ post physica scripsit, primam con-  
templatricem appellat ipsam theologiam, eandemq; primam  
philosophiam, quam ideo esse censuit præstantissimam, quia  
præstantissima contemplatur: abstracta, immobilia & semp-  
terna. In primo etiam eiusdem tractatus libro, eā ait scietiam  
veritatis esse cōteplatricē. In eo aut̄ (vt dixi) omnes ferme fal-  
si fuerūt, q; imaginem sapientiæ pro ipsa sapientia ardēti studio  
consectati sunt, in eius umbra suauissime acquiescētes. eorum  
(vt mihi quidem videtur) similes, quos apud Platonem in no-  
no Reipublicæ Socrates irridet, vt inanem & falsam volunta-  
tem expertenteis pro vera & solida: eiusq; gratia depugnanteis  
inter se, vtpote quam dignam esse censeant quam propter

DE STUDIO LITERARVM RECTE

dīgladiari debeant. non aliter atque Stesichorus olīm poeta, inter eos qui ad Troiam erant, dīnicatum fuisse scripsit pro Helenes simulachro, cum verum ignorarent. Idem auctor libro eodem aīt, Homīnis philosophī vitam suauissimam esse, voluptatisq; maxime partīcīpem. Quippe mentem dominari in philosopho. at ipse mente percipit quomodo veritas se habeat: in eoque maximopere oblectatur: id adeò cæteras vt omneis voluptates præ illa floccipendat: quæ à duobus ipsæ tanquam fontibus manant cupiditate atq; contentionē. illisq; tantum hactenus delectatur quatenus necesse est, vtpote quas propter seipfas non expetendas sibi putet. Nam & Aristoteles in primo iam dīcti tractatus volumine, omnium scientiarū aīt illam maxime sapientiam esse, quæ suapte ipsa gratia & discendī causa expetenda est: non quæ eorum causa optatur quæ ex ea eueniunt. Philosophia autem (inquit) vt libertas, vna se propter ipsam, non vsus cuiusdam atque utilitatis causa quæritur, nec aliām præterea ob causam. At vero nos ex illa magistra & antistite veritatis scriptura dīdicimus, nequaquam finem bonorum esse sapientiam: cæterum ad summi boni adeptiōnem, illam nobis esse omni ope, & equis velisq; (vt aiunt) conseq̄tādam. In summo autem bono demum finem esse desiderandī. Quod si commentandī iucunditatem & speculandī, in sacra philosophia, estimare hodie & perpendere velimus, nimirum orthodoxiæ studiū, que theorīa proprie dīci potest (etiam si antiquitas ad profanos vsus eodem verbo vfa est) maiorem multis partibus iucunditatem habere inuenietur: synceriore etiam omnino securitate contemplatores animos perfundere, quām prisca illius sapientiæ commentatio olīm potuit. Siquidem eius speculationis prospectus intra terminos vniuersi quod vocant, ab ipsis cohēbatur. Nec vero spe vlla & pollicitatione aternitatis, animos sui cupidos, vendicabat illa sibi & auctorabat: nisi exīli quadam fortasse & imaginaria. Nunc orthodoxiæ nostræ

argumentum eiusmodi est:is est oraculorum contextus , tam  
conserta series,tam apta , tam sibi consentiens , doctrinæ sa-  
crosanctæ : adeo denique vltima primis in ea respondentia,  
& vtrisque media ad vnguem quadrantia , vt chirographum  
dicere te & confidere possis ipsius habere sapientia , sum-  
mum bonum finemq; expetendum promittentis : quo chiro-  
grapho locupletius nihil esse,nihil testatus , nihil possit con-  
signatus . Neque autem cum haec ipsa philosophia talem tan-  
tumq; fructum sui studiosis,in posterum spendet & in æternū;  
non etiam interim illos cōmentanteis delectat admirabilita-  
te ineffabili rerum,temporum,euentuum, eorumque prædi-  
ctionum.& vero spem future beatitudinis pignore confirmat  
interdum repræsentatae tranquillitatēs . Nec si oracularis sa-  
pientia , nec festiuam præfert nec nitore cutem visendam ty-  
ronibus eius amoris:continuo squallidum sacrum studiū ge-  
niq; plebeii iudicandum est ab iis qui lautiis lectionis &  
lenociniis orationis assueuerunt .Est enim sacro sancta philo-  
sophia , veste quidem illa pulla & officinaria amicta , vt se se  
dissimulans & mire symbolica : sed si introspicere instite-  
ris , in qua tu augustam quādam troporum venerem sanctāq;  
cōcīnitatē subesse nō dubie iudices:& porro vbi gratias cæ-  
lestes leporesq; diuinos inuenias,intra Silenos ( vt aiunt ) Sa-  
tyrosq; conditos . cuiusmodi quondam Athenis opifices in of-  
ficinis habebant:vt Synesius inquit ad Philosopheron scribēs ,  
& Plato meminīt in Symposio . In mensa enim sepe iam dictę  
sapientia , animi philosophorum reficiūtur multiplicibus fer-  
culis , varieque conditīs . Est enim sensus historiæ atq; allego-  
riæ , eiusq; multifariam variæ:& qui sensus anagogicus dici-  
tur . ē quibus cinnus vnuis commentationis confici potest , vn-  
de mens quālibet auida , ita impletur vt nunquam satietur , glī-  
scente utique semper desiderio vna cum voluptate . Indeq; fi-  
des speratē immortalitatis certāq; persuasio , ad diem usq; fati  
indies adolescit , illud cōmētantibus animis veraci specie cōtē

plationis solidaq; imagine repræsentans: quod olim stoicoru; confectoria fallaciter colligebant & inaniter, vt sapiens vno minor deo futurus sit, ac diuinitatis particeps. Verū permagni interesse planū est experienti, quo stomacho quisq; nostrū ad ipsas sapientiæ epulas accesserit. Et antidotum quidē persuasione constantissimæ, rerumq; interiturarum contemptio- nis, præsumptum non semel oportet, aduersus ægritudi- nes, æstus, curas, angores, rationum philosophiæ conturbato- res, quæ auocamenta sunt ipsa animi philosophantis, conuiue- & parasiti sapientiæ: pro insituto vītæ cuiusq; ipsa magis aut minus incessentia. Et quidē halcyonidū propemodum dierū tranquillitatem à curis externis cœlestium rerū meditatio po- scit: atq; in eum vscq; heliconem ascensum, unde strepitus sat agentis semper multitudinis, & velut in tumultu, incédio, rui- na, naufragio, plerunq; consternatæ: hauriri vel oculis vel au- ribus nequeat. At non ex quois insituto vītæ in eū verticem scānfilis est aditus, nec subuolare eò possunt quibus aliae non enatae sunt. Volumina porrò inspiratæ sapientiæ, duorū sunt generum. altera enim sunt (vt sic dicā) exoterica, qualia sunt euangelia, primore sensu excepta, omniaq; ferme quæ noui te- stamenti esse dicuntur. quæq; monumenta sunt ipsius sapien- tiæ, id est (vt Græci vocant) ευποροφια, inter homines versan- tis, & vestigia more hominum faciētis in orbis meditullio: in- terim mortales insitutētis ad immortalitatis beatissimæ desi- derium, ad quam natura ipsi comparati sunt. Hæc quoniā ab omnibus summatim sciri debent, ideo tanq; in compitis ciui- tatis magnæ & cōuenarum ecclesiæ, exposita sunt, & cuilibet obuia, qui aut legere modo ipse possit, aut audire ab alio reci- tata concupierit. Altera sunt tanq; acroamatica, cuiusmodi prophetarū vaticinia dixerim, canticaq; diuinorū, quos spiritu sapientiæ prouidentia, afflatusq; entheo dignata est. ipsius de- niq; sapientiæ cœlestis apophthegmata, Delii (vt dicitur) nata- toris ad explanationem indigentia, tum si qua sunt similia

instrumenti priscæ sapientiæ, in altiore suggestu posita, quæ siq; in arce diuæ collocata, inaccessa multitudiní. Vetera etiā scripta & documenta sapientiæ, proprie theologiæ cōstant: recentia eo amplius ea quam theurgiam vocant: quanq; ea pars quæ περιτάπυχος dicitur, plane est theurgica. Sed in ea theurgia adumbrata cernitur tantum: quasi quædam ut Græci dicunt, œconomia, aditum præstruens sapientiæ ἀντηγοσθία πως aduentanti & cōcionature. Verum cum hoc tempore humanæ quæ vocantur dīsciplinæ, suam propemodum claritatem elegantiamq; pristinam receperint: ipsius quoq; sapientiæ studium erudite nitideq; constituere, philosophiæ conuenit orthodoxæ. Nam professionem sapientiæ, non crepundiis (ut ita loquar) humanæ infantiæ, sed florentis ætatis adulterumque viriū ornamenti, dignitatem suam tueri ac maiestatem decet. Mihī vero rei naturam amplitudinemq; aestimanti, oraculum primæ & vltimæ sapientiæ, sic in sacrosanctis monumentis esse, tanquam in sacrario quodam videtur augusto & venerando. Cæterum antistes eius atque interpres responsorum esse, ea quam Græci pædiam, nos literarum peritiam iustum dicimus: quæ choro dīsciplinarum liberalium constat. quam tam & ipsam tyrocinium aliquandiu facere oportet in límine sapientiæ, sermoniq; symbolico aureis iniciare. Longe vero hac literarum professione quam nobis suscipiédam esse dico antequam studium capessimus vltimum idem & summū, amplior est illa, ab antiquis etiā dicta sapientia, rerum humana rum cognitionem diuinarumq; complexa: quæ non prius ipsa studiorū curriculo defunctam esse se existimabat, q; septimo (ut dicitur) spatio decurso ad metā peruererat. Sed quibus in externa dīsciplina cum successu versatis iusta stipendia impeliuisse contigerit, indeque ad sapientiæ christianæ studium aspirare, ut olim multis euenit: eos ego tam felices arbitror, quam qui vrbium multarum visendi causa, morumq; variorū & memorabilium inspiciendi, diu peregrinati, ad extremū in ciuitatē quandā amoenissimā atq; beatissimā ascribūtur: ibi q;

domicílium & larem domesticū semel collocant. At vero moderandæ vitæ recteq; instituēdæ ideo commoda est antiqua quoq; philosophia, quia in multitudine & celebritate hominū cōuersatō, sensuum deprauatris est. Siquidem vita ciuilis prudentiaq; cōmunis, non germana ratione, sed spuria res humanae contemplatur & expendit, ut notum est attente & stimanti bus. Simul actionum suarum summam votorumq;, adulterina quadam ratiocinatione erraticaq; colligit. quippe quæ hominum vitam iis institutis temperet, quæ indigenis & ciuibus huius orbis congruit. At ii qui sapientię dicto audientes sunt, incolas tantum hic homines & peregrinos esse césent: ob idq; in cœlum quasi in patriam & sedes suas aspirare omni ope contendunt: non aliter atq; animi cœlo extorres, ad tempusq; vite relegati. contrà qui in multiplici cōmercio vitæ urbanæ merci sunt, reuertendi in patriam animū amiserunt. cumq; lethęas aquas biberint, iisq; inebrati fuerint, in vinculis & ergastulo opus faciunt: cū tamen ipsi sibi soluti religione, liberiq; videantur. Contra quæ incōmoda philosophiae commentationes presertim platonicae, quasi antidota comparata sunt ab hominibus ingeniosissimis. Verumen imuero à Græcorum & gentiū exlegum literis, ad Hebræorū studia casta & circūcisa migra re, & à multa diuturnaq; ingenii exercitatione in literis institutionis illius peregrinæ, abruptum facere transitum ad sanctiorem philosophiam, diuinorum tantum rerum contemplatricē, non cuius proclive est. nō magis q; à virētibus & amoenis ingenii pascuis, ad inulta aspectu primore & horrida trās ire, illorumq; longe dissimillima. hūlca est enim & rīmosa rerum dissidentium iunctura & agglutinatio. neq; ea vel lectio vel commentatio est stomachi literarum tantū delitiis assueti & perimbuti. Quocirca mens profana expiabilibus initiis (vt dicere cooperam) paulatim lustranda est, anteq; specimen sui facere incipiat, castius cautiusq; commentando in vestibulo magistræ sapientiae, quod Græci vocant ψηφιστοις της ἔγων

deinde ita se comparare studiosum hominē oportet, vt iam non animi causa sacrī līterīs incumbere, sed animæ potius assūescat. Neq; enim vltra suo sed philosophiæ stomacho seruire constituit, qui ad hoc studiū bona fide sese contulit cum suis omnibus facultatibus. hoc cum bona (vt dixi) fide, strenuaq; volūtate aliquandiu factum fuerit: & eo vscq; animus iam vere philosophus paulatim progressus sit, vt ad exhedram interiorem philosophiæ abstrusiorēmque insinuauerit: ecquis est deinde tam aduersa salute natus, quin nunc tandem remittere paratus sit exoticis illis doctrinæ lenociniis, quibus diu lactatus oblectatusq; fuit? Tum enim demum Mercurius externus & mortalis, aduenienti cœlesti Mercurio æquo animo & reuerenter cedit, cum sapientiam humanam oraculari & diuinæ imparem esse omnino intelligit. Quod nisi urbane vitæ sirenes, atq; in celebritate hominum hallucinante mersæ, mentem intus conditam, meditatio nīq; æternitatís suapte natura feriantem, illecebris sollicitarēt multifariam variis, & vero nisi auribus & oculis illabentia nugarum illicíia, animum abducerent è principatu suo: quotus est tandem quisq; sic diro iudicio, ita prepostero sensu præditus, quin illis intabescere chartis vtilius esse ac suauius duceret, quām scenæ vitæ ciuilis, quām populi oculis & plausu exitialiter seruire: deniq; quām animam per tot æstus, tantas iactationes, tot eurípos affectuum ciuilium agere? Sed ad ilam pugnam natū sumus scilicet, perennem & inexpugnabilem, coporis atq; animi, in qua huius copias tametsi natura instructiores ac potiores, tamen impares esse identidem experimur sensuum temeritatí, qui præsidium eius obtinent. Aduersus quam temeritatem petulantia coniunctam & licentia, philosophia externa surgens & accincta, suarum illa quidem facultatum venditatrix est diserta & mirifica: cæterum in consiliis presentibus auxiliisq; expediendis, non perinde efficax & strenua, digna nihil secius ipsa mediufidius cuius elogium au-

DE STUDIO LITERARVM RECTE

dire non grauetur orthodoxia, in Phaedro Platonis à Socrate pronunciatum, magno auctore philosophiae. Neq; vero nescii sunt (inquit ille) qui descendit cupiditate tenentur, quod cum animam eorum philosophia acceperit plane vincitam in corpore, ipsi agglutinata: tum illa per ipsum veluti per carcerem quendam, omnia que in natura rerum sunt, contemplari, non etiam semetipsam per se, cogitur, & in omni versatur ignorantia. & huius quidem carceris grauem ipsa conditionem perspicit eiusmodi: nempe quod idem ipse vincitus animus, vltro dat semetipsum in nexum, vincula etiam sua praecupiditate astringens. Quod igitur ego dico, probe norunt homines disciplinae cupidi. quodque philosophia cum ipsorum animum sic affectum suscepit, cum eo placide agit, eum consolatur, hortatur, vinculis exuere aggreditur. Docet enim & ostendit quod oculata rerum speculatio, quod etiam oricularis plena sit circumscriptione. denique quod fallax sit in uniuersum per sensus rerum contemplatio. Quare auctor est illi philosophia ut ipse abscedat à sensibus, quoad eius quidem certe per necessitatem id potest. Eundem porro hortatur in semetipsum colligere se atque coamentare. nulli alii quam ipsum sibi credere: id quod ipse per se intellexerit eorum quae in natura rerum sunt, ipsum esse per semetipsum. quod vero per alios considerarit in aliis aliud esse, nihil quicquam existimet verum esse. At tale esse docet quicquid sensibile est atque aspectabile. quod vero ipse videt animus, id utique intellectu percipi, nec oculis occurrere. Proinde hominis vere philosophantis animus, existimans non resistendum esse huiusmodi solutioni sui, voluptatibus temperat quam fieri potest maxime, cupiditatibus etiam atque formidinibus. Quippe qui secum ipse reputet & colligat, eum qui vehementer latetur, timeat, tristetur, cupiat: non tanto malo affectum ab ipsis rebus esse, quantum est quod cuius existimare possit. Quale est, si quis ægrotauerit, aut impendia propter cupiditatem?

tates fecerit. Quod vero malorum omnium maximū est atq; ultimum, eo malo ille quidem affectus est: sed rationem eius nequaquam habet. Quodnam est illud tandem o Socrates? inquit Cebes. Quòd omnis hominis (inquit ille) animus, simul lætarī aut vehementer ægredere ob aliquid cogitur, simul existimare id vnde ita afficitur manifestissimum esse & verisimum: cum non sit ipsum huiusmodi. Quæ talia sunt autem, oculis illa subiecta sunt, nec ne subiecta? Prorsus quidem (inquit Cebes) subiecta. Atqui animus (inquit ille) cum hoc pecto afficitur, maxime in nexum corpori deditur. Quonam modo? Cebes inquit. Nimirū (inquit Socrates) quoniam unaquæque voluptas & egritudo animi, cum veluti quidpiam clauí habeat, animum affigit corpori, & tanquam infibulat, corporisq; eum similem facit, ut qui eadem opinetur vera esse quæ corpori vera visa sint. Nam cum se præbeat assensorem corpori, iisdemq; rebus lætantem, iisdem quoq; moribus esse cogitur ipse, iisdemq; alimetis vt. deniq; is esse qui pure hinc migrare ad elysios nequeat, sed semper corpulenta grauitate exire, ideoque statim aliud in corpus incidere cogitur, & tanquam cum eo satus inolescere. è quibus illud sequitur, expers ut ipse diuinæ ac puræ fiat, simplicisq; communionis. Quibus verbis Plato intelligi voluit commentitiam animarum transi tionem, quam transanimationem Græci suo vocabulo appellauerunt. Hæc igitur & similia peregrinæ sapientiæ dictata, præclara sunt illa quidem & digna commemoratu. Sed tam inter incunabula censenda germanæ philosophiæ, quasique præludia eius studii sapientiæ, quam philotheoriam vocare instituimus. Quin & omnes orbicularis doctrinæ partes, exercitamenta sunt precurrentia ad theologicam theurgicamq; philosophiam, quæ sola (vt diximus) meritisimo suo theoriam dici potest. At vero ipsi philotheori vbi iam ad arcem sapientiæ condescendere cœperunt, aut tantum succedere ad primos eius gradus, indeque fines bonorum malorumque speculari,

tanto philosophiae externae discipulos dignitate professionis & commentandi beatitudine praestant similes, ut hi praे illis eorum mihi esse videantur, qui Menippeis amoribus capti sunt: aut tantalicis in hortis acquiescunt, animis suis indulgetes inanis voluptate & imaginaria. Menippe autem amores quales fuerint, Philostrat⁹ his fere verbis pdidit in vita Apollonii, siue historia est illa, siue mythistoria, ut magna pars eius operis merito existimari potest. Menippus (inquit) erat Lycius, annos quinqꝫ & viginti natus, ingenio mediocris preditus & corpore recte constituto, similisqꝫ erat facie pugili bono & ingenuo. Hunc Menippum amari à peregrina muliercula vulgus opinabatur. quæ & formosa ipsa videbatur esse & delicata valde: tū diuitē sese esse muliercula dicitabat. quorum reuera nihil erat, etiā si ita videbatur. Ac Menippo quidē soli in via aliquando iter facienti quæ Céchreas ferebat, phantasma occurrit specie muliebri: apprehensaqꝫ manu eius mulier iandiu amore eius captā se esse dixit. Phoenissam aut sese origine esse aiebat, sed in suburbio habitare Corinthi, quoddā suburbiorū nūcupans. Quò Menippe (inquit illa) si venire constitueris, cantilenā me cantitante mire oblectabere: vīnūqꝫ illic bībes quale ante hunc diem nunqꝫ. nec vero ibidē tibi ab æmulo metus erit: tecum enim vno vīctura sum, formosa cū formoso. Quibus verbis iuuenis pellectus (erat autem cetera ille quidē firmus virilisqꝫ philosophus, sed impar amoribus) ad mulietern se cōtulit sub vesperā, deinde cū ea eo modo cōsueuit vt assolent qui amat. necdū emī suspicabatur vīsum esse quicū ipse versabatur. Apollonius aut cū eō venisset, in more statuarii intuens in Menippū, hominē veluti pictor oculis per Iustrabat. deīn vbi percognitū hominē īā habuit, Heus tu ô formose (inquit), quē fœminę decorę captat, scito te serpentē sinu fouere, vīcissimqꝫ foueri à serpēte. Quod verbū Menippo admirāte, Nā tibi (inquit) Menippe mulier est nō vxor: ecquid aut amari te ab ea cēses. Sane quidē (Menipp⁹ inquit) vehemē

ter mulier amore mei capta est . Nempe tute igitur ( inquit Apollonius ) eam vxorem ducturus es : elegantius enim erit ( opinor ) eam nuptam habere amantissimam tui . Verum age quam mox Menippe futuræ sunt nuptiæ : Quapropter , ait ille , cras etiam fortasse . Nuptiarum deinde die statio , atque ab ipso Apollonio notato & obseruato , commodum aduenerant coniuiae , epulariæ iam cœperant , cum Apollonius ad diem ipsum ad horamq ; affuit . tumq ; ad epulanteis cōuersus , Vbi nam ( inquit ) illa est bella & delicata , quam propter nunc potatis ? En tibi illa , Menippus inquit : & simul rubore perfusus assurgit . Tum ille , Aurum autem & argentum ( inquit ) reliquaq ; vasa , quibus hoc conlaue exornatum cernimus , vestra sunt Menippe , nec ne sunt . Mulieris sunt , inquit Menippus . hoc enim est tantulum omnium meum quod dicere iure possum : pallium ostendens suum philosophicum . Nonne igitur vos tandem Tatali hortos quosdam scitis esse , qui nulli sunt ? inquit Apollonius . Nos vero ( aiunt illi ) eos demū apud Homerum scimus esse , vt quibus ad inferos descendere non contigerit . At vos ( inquit ille ) ista quæ cernitis , hoc omne ornamentum eosdem ipsos hortos existimatote esse . non enim hec materia , sed materiæ est opinio potius . Quò autem ipsi vera esse cognoscatis ea quæ ego dico , isthæc bona sposa , Empusarum est vna , quas quidam lamias esse , quidam laruas arbitratur . amant autem Empuse , ac rebus venereis gaudet , tum carnis præcipue humanis delectantur : & quos homines quidem comedere statuerint , eos antè sollicitant motibus venereis . Tum mulier ipsa sponsa , Heus tu ( inquit ) homo , melius omnire , & apagesis , aiens : execrari simulabat ea quæ dicentem audiebat Apollonium : deinde philosophos cauillari muliercula vt plerunque deliranteis . Verum aurea ipsa pocula argenteaque cuncta supellex , vt quidem esse videbantur , inania & euanida interim abiérunt , ipsa refellente Apollonio . serui etiam vinum miscentes , & concinnatores opsoniorum , atque

omne illud famulitium atq; ministerium, repente non compa  
ruerunt cum Apollonius præstigiam refutasset. simul ipsum  
illud phantasma lachrymabundum orare Apollonium insti  
tit, ne se torquendo cogeret fateri quid ipsum esset. Vrgente  
autem Apollonio nihilq; indulgente, Empusam plane fassa  
est esse: eāq; ob causam Menippū epulis saginare ut eius cor  
pore vesceretur. Menippeis igitur delitiis similia & omnino  
phantasmatum instar, speciosa illa profanę sapientię atq; ascī  
tiaꝝ, promissa & miracula esse mihi videntur, quod quidē cer  
te attinet ad fines bonorum & malorū. At ex eo loco pendet  
summi quæſtio & adeptio, qui terminus est, quod extreum,  
quod primū, quo omnia referri debent humanæ mentis seria  
meditata. Quo omnia bene & inculpate agendi, recte & inno  
center viuendī apposite & optabiliter moriendi, consilia spe  
ctare. Quapropter in ea commentatione, si minus florentem  
ætatem traduxerimus, senectutis saltem tabernaculū, scenāq;  
extremi actus quasi fabularis huiusvitæ & vmbritilis, collo  
care debemus. vt olim multi fecerunt annis melioribus, qui re  
cte constitutam studiorum rationem habuerunt & explicata,  
florente pietate illa memorabili & exemplari. Miseranda ve  
ro eo nomine prisca philosophia, quod summi boni fructum  
posthumum, atq; eius studiū multo maxima pars doctissimo  
rum nullum esse arbitrati sunt præter propagationem nomi  
nis & memoriae. Tametsi Plato eorum Homerus, columen &  
decus philosophici nominis, nō nihil de eo suspicatus est. Qui  
si immortalitatis humanæ rationem finemq; enucleate intelle  
xisset, quas tandem iliadas, quā m̄ disertas, quā m̄ admirabiles  
de expetendo summo bono, Socrates iam dictus apud eum cō  
memorasset? quantas autem odysseas vitæ ciuilis atq; vrba  
næ, quæ mōstra, quos errores in huius freti transitu, quot pe  
ricula subeunda differuisset? Quare antiquorum in hac parte  
philosophiae ignoratia, nihilominus virtute philosophica præ  
dita, nobis culpā capitalē exprobrat, neglectūq; indeprecabi.

Iem redarguit cognitnobis summí boni & propositi. Mihí vero hæc nostra philosophia, familiæ dominicæ & cœlitus adoptatae peculiaris, dos esse videtur literarum studiū: non aduentitia, vt illa præsca, & extrinsecus allata, sed ab ipso patre hominum creatoreq; profectitia, diuinitusq; oblata. Quæ quid tandem habet ipsa non solidum, non eminens, non expressum? omnia enim visenda, exoptanda, exposcenda, impetrabilia, propria & æterna mox pollicetur sacro sancta philosophia: eorumq; spem locupletem interim repræsentat ea pars ipsius quæ hierographia dicitur, iis quibus familiariter insinuare in sapientiæ sacrarium & pinacothecam contigit. Nec vero mortalium animos inani sagina sapientiæ imaginariaq; explet: id quod externa in Platonicis fecit, vt Stoicos nunc omittā ob vaniloquentiam irrisos: sed solidis (vt dictum est) epulis salutaris doctrinæ, speiç; certæ atq; beatæ quadam velut ambrosia alere sollet ac vegetare. Quoniam vero huīus Aegeriæ cōgressus familiares non cuiuslibet hominis sunt, nō cuiusuis aut loci aut temporis: ideo eius amoris amulos nobilissimos quosq; fecisse fere nouimus, vt è medio discedentes, locos expiabiles quererent procul vulgi strepitū, vnde præcepta ac monita sapientiæ exaudiri ab hominibus, & intellectu percipi nō ægerrime queunt. Tales secessuum amoenitates, immo vero illas macaron insulas à præscis decantatas, nobile par amicorum Eusebius & Gregorius, aliiq; permulti in oriente olim habitaverunt, quasi auream vitam Saturniamq; agentes in theoriarum specula, cum ad lustralem illam contemplationem abstrusamq; se contulissent, quam indagatrix illa & curiosa non nouit philosophia. In ponto autem negotiorum ciuilium, in freto cupidatum, in euripo ambitionis, quæ tranquillitas mentis esse potest ad oracula sapientiæ interpretanda, animoq; versandas. At vero illa philosophorum schola, quæ Plotinos, Amelios, sceleratosque Porphyrios edidit, cum passim iam veritas illexisset, in amoenis illa quidem floridisq; campis, sed à sum-

mi boni domicilio deuiis, grandes illos animos fallaci com  
mentatione pauit, atque eosq; frustrata est, vt velut in hortis  
Hesperidum aurea mala legere se existimaret, quæ in penum  
philosophiæ sanctiorem recondenda ducebant: nec nisi viris  
summis suiq; similibus impertienda. In ea etiam opinione mi  
seri diroq; animi pabulo, vita (vt arbitror) functi sunt. Quibus  
quam felicius ipsis atque auspiciatus ad philosophiam incu  
buerint, ii qui indidem profecti, atque eorum æquales nonnulli  
li, secundo flatu prouidentia in mari scopoloso velificati, ad  
extremum tenuerunt portum orthodoxæ, nemini non planū  
est sana mente prædicto, & nos maioribus ire per altum auspi  
cūs manifesta fides, quam illis ire contigerit quilibet magno  
rum nominum philosophis. Nisi forte hodie quoque in contro  
uersiam cadere potest auctoritas christianí dogmati, cuius  
olim tantum fuit numen, ea vis diuina, vt passim mortalibus  
ius gentium & naturæ extorserit, ratas generis humani op  
niones inustasque antiquauerit: quibus tot annorum milli  
bus imbuta communis prudentia atque etiam incocta fuerat.  
Quid autem mirabilius, quam tot hominum myriadas, qui  
sibi tuendam prædicandamque veritatem entheo afflatu in  
stincti persuaserant, non dico à sensu communi, errantium du  
ce & magistro: sed à stemmate sui generis vnumquenque, à  
sanguine denique suo, & vero à corpore proprio animaq; de  
sciscere, & transire agminatim ad spiritum euocatorem? Eo  
rum igitur exemplo quos supra commemorauí, omnes qui  
recte philosophari volunt, oportet in anchoris theoreticæ phi  
losophiæ, & interdum in salo, expectare fati vadimonium.  
Quo insipientius atque absurdius de condicione sua mereri  
mihi videntur, etiam si frugi & rerum periti à multis esse cen  
sentur, ii qui sublati illis anchoris studiorū tranquillitatis,  
& post primæ philosophiæ studium, ambitioni vela pandunt,  
rursus altum pelagusque petentes. Sed quid non designat  
sacra cupiditas atq; auaritia: quibus animo vtcunq; incessu

tibus, facessit amor actutum rerum immortalium, qui in insidē  
præcordiis æmulum non admittit in diuersum hominē ab se  
se abducentem. Quare qui hoc facere non verentur, mirum est  
q[uod] nuncium ipsi remittere sustinent philosophiæ : id quod sine  
perfidia vix fieri posse videtur. nec id tamen tam rarum est q[uod]  
halcyonem videre. Quid autem solidæ religionis intus foue-  
re eum putemus, qui studiū diurni & sacrosancti segetē, iam  
venturam ad messem tā vberē, inarare denuo non vereatur &  
emertere: nimirum qui ita consulto & meditato faciat, eos cō-  
filii & propositi vitæ summā, nec composite nec cōstāter insti-  
tutam habuisse oportet : quo nihil est turpis & damnosius.  
Quo accuratius videre iū debent & attentius, iū quibus adhuc  
cōsulere integrū est & explicatū, ne in eandē fraudē incidunt.  
Siquidem è ratione male putata, & vel temere vel oscitanter  
subducta, fieri vix potest, vt summa & fructus homini constet  
ætatis contritæ, vel in literarum studio, vel in alio quocunque  
instituto vitæ commode & feliciter agendæ. At eò fere omniū  
spectare hominum videtur intentio, laborumq[ue] contentio, vt  
commode vitam & salubriter agamus: nisi si ludere nos vitā,  
non agere serio fatebimur. Quid autem miseriū est, quām  
post tot labores excolendis moribus animoq[ue] componendo  
exhaustos, pœnitendam senectutem frugiperdamq[ue] philoso-  
phiam esse: Quid damnosius ac lamentabilius, quām oleum  
& operam florentis ætatis vergentisq[ue] perdere? Noxam por-  
rò inexpiablem admittere ob neglectum cultum animi, ob  
floccifacta sapientiae monita & præcepta, ob immortalitatis  
adipiscendæ disciplinam desertam aut obliuione transmis-  
sam: cuius propter inanem imaginem consectandam nul-  
lum non saxum mouit & voluit antiquitas ingeniosissima,  
dīrum id vero atque abominandum. Denique quid potius,  
quid salubrius, quid porro oblectabilius senecta saltē æ-  
tas & emerita agere potest, interim dum tanquam animam  
agit: quām sublimia meditari & suspicere, speratāq[ue] immor-

## DE STUDIO LITERARVM RECTE

talitatis pollicitationē cōmentando sibi representare? Et qui dem aduersus appetentis mortis tumultus, qui imperitos homines fere territant, lucisq; q; par est cupidiores, septum esse oportet vallo philosophiæ, quæ mortis est cōmētatio ut Marcus inquit Tullius, id à Platone mutuatus. Tum vitæ æternæ contemplatio in exhedris primæ philosophiæ, spem non euariantem efficit, omnia mox hinc dīgressis lōge vberiora expetibilia que futura. In summa hoc habeamus: huius philosophiæ studiū, doctrinā inspiratam, veramq; & salutare cōfectari sapientiā. Quæ cū olīm ipsa per vaticiniorū ambages, oraculaq; figurata cœlitus demissa esset, atq; prodita tantū mystice & symbolice, dei filius tandem inter homines mortali specie, sub carnisq; veræ integumento versans, interpres eius esse voluit. Qui cū ipse præcepta multa monitaq; dedisset, humanæ sapientiæ fastigio multū excelsiora, quædam etiam paradoxæ, atq; è regione prudentiæ mortaliū opposita, in populos omneis nationesque promulgasset incredibili assensu q; plurimorum: eò amplius craterem inexhaustum, beatricis sapientiæ reliquit in medio mundi positū: ex eoq; singulis tantū hauriendū doctrinæ dedít, quantū vnicuiq; satis est ad immortalitatē sempiternā & beatissimā consequendā. Ipse vero prouincia sibi mandata perfunctus, ac suo tēpore inde decedens, legatis suis quos alias in prouincias dimissurus erat: cum imperio & potestate inusitatīs, mœroris poculum laborisq; eodem è vase propinauit, vnde ad fæcē vscq; idem ipse hauserat. Ita nō modo mortalibus se magistrū sapientiæ, ærumnarūq; vi te exauriēdarū prēmōstratorē, sed etiā præitorē viæ ad cœlū ferētis, quæ discipulos suos atq; sapientiæ nō ire modo decuit, sed venire præcepit & hortatus est. Proinde omniū disciplinā rū longe cēsenda est princeps sacra illa philosophia quā theologia vocat, eiq; eā ob causam submittere fasces omneis alias professiones equū est. nosq; literarum bonarū cupidissimi cū de ea loquī insisterimus, caput adaperire cōtinuo debemus, vt

est in proverbio. Hoc igitur pietate imbuti studiosi teneant, quasi musarum elegantium simul & parum oraculū: adolescentis ut animi paedagogon Philologiam, ita senescentis philosophiā gerontagogon esse debere. ipsum porro nomen philosophie, ita demum venerandū & augustum esse, si commentationum suarū sanctarū in arce theorię collocauerit: quam nobis prouidentia humani generis cupida & euocatrix, in monū mētis sapientiae architectata est, quos libros sacros vocamus. Nequaq; aut ad auspīcandum philosophiae studiū, expectādūm esse donec emeritos iam oculos, effectamq; speculationem homo studiosus habeat. Et vero homini studiorū liberaliū curriculū ita ingresso, ut inde ad primā summamq; philosophiam transitū sibi muniāt, plerūq; satis esse debet, si id quod Gr̄eci dicūt & assūctus sit: artiūq; singularū professoribus nō dūcūt reliquerit, ne ad Sirenios scopulos tandem ipse hæreat, oblitus sibi sedē esse propriā & perpetuā petendā. Non enim doctum esse cōtinuo preclarū est & optandū, sed sane quoq; doctū esse & salubriter oportet. Quandoquidē multi fuerūt egregie viri docti, quos sinistras literas, nō dextras, muse docuisse dicūtur, ut inquit Athenaeus. Musæ aut q̄q; liberales & ingenuæ, vocibus tamen suis lactare primū animos iuuenū solent, atq; duce re. deinde magis ac magis trahere ac rapere. postremo agere ipsos (ut aiūt) ac ferre studiosissimos sui, omnibusq; fortunis interdū euertere & spoliare. Cū interim ita ingenio suo quisq; eorū indulget & obsequatur, ut cū genio proprio belligeret, vt vtar verbo comici. Vnde fit ut literę specioso nomine bonę & elegantes dicit, saepe tamen male audiāt ut ingratae atq; damnosissimae. Cum aut ætas imperii tui æqualis princeps benignissime, ad lucernā iā plane illustrem recognoscere institerit in Francia antiquę doctrinę reliquias tū latinas, tum gr̄acas, tuę posthac liberalitatis erit, obstrictęq; fidei (vt nosti) & beneficētię, spei bonę & grauidę donatiuo hominū vere literatorū cōtentioñē alere, tueri, & adaugere. Reges enim & monar-

## DE STUDIO LITERARVM RECTE

chæ, tametsi legib⁹ soluti sunt, nec ciuili tenentur actione, honoraria tamen ipsi in iudiciū famæ vocari possunt, atq; etiam periclitari. Liberales aut discipline, quas nostra complectitur vno hodie nomine Philologia, libertatē (vt ita dicā) liberaliū eandēq; perpetuā poscunt, cū illę que ad questū institutę sunt aut certe moribus iādiu cōparatæ, Saturnaliū libertate tātū téporariaq; egeant. Quare illæ liberales & ingenuæ ab obseruantia & famulatus mancipio apud tuæ maiestatis æquitatē quasi apud maximū prætorē afferendę sunt, eorū suffragationibus, qui apud ipsam maiestatē magna pollent auctoritatē. Ita aut fert natura, vt q̄ quisq; maxime ad colendā Philologiā feliciter natus est, tā ille ab obseruantia illiberali & suę operę venditatrice, maxime alienus sit. At id organū est ipsum præcipuū cū gnaua impudentia illius hominū industrię, quā opificē fortunæ fictricēq; vnicuiq; vulgo homines esse dicitant, auctricēq; fortunarū. Hæc habui fere, quæ scribenda nūc duceré de bonarū literarū studio instituēdo, tuēdo, & moderādo, sub tuo Francisce Rex fausto felicēq; literis nomine in publi- cū proditura. A te enim expectatur cū meo, tū aliorū nō paucorū exēplo, vt Philologia diu in Mineruæ ludo eo quo dīctū est modo exculta, deinde honoris officinis pro cuiusq; captu & ingenio perpoliatur, contra q̄ moribus Franciæ ante te receptū erat. Id quod si facere constanter in animū induxeris, tū tibi nouo exēplo maiestatē constitueris, nō regiā modo & augustā, appellantiūq; identidē sermone contritā, & quasi obsoletē, sed maiestatis ipsius primordialis germanā aut similem: vt iā dicere Ouidii verbis possimus, Hinc tibi maiestas, quæ regnū téperat omne. Quaç; die per te est edita, magna fuit. As fidet illa duci, ducis est fidissima custos. Et præstat sine vi sceptrā tenere duci. Nō em̄ tibi minore gloria dignū erit literarū decus in Franciæ, ingeniorūq; honorem restituisse, q̄ olim Romæ fuit Augusto, parthica signa tanto interuallo in vrbē retulisse. Nihil autem Philologiæ tantum obfuit ante te Re-

gem, q̄ cum posita sit in oculis maxime gratia, illa auditā tam  
tum fuit fando in aula: idq; obscura fama atq; malignissima.  
Nunc autem non tantum acroamata philologica primas gra-  
tiae partes, in conclave regio, & super epulas tuas obtinet: sed  
etiam generosissima tua proles, excellentissimis ingenii pre-  
dictis, incredibili sub oculis tuis profectu, nobilissimi cuiusque  
studii aut favorē, ad causam literarū tuendā & exornandā ac-  
cedit. Cuius rei reputatio ancipite me tenet, incertūq; iudicij.  
etenim antea semper ipse affirmare, palacq; perhibere solebam,  
vnu te omnino adnotasse me, nō regē tantū, nō principē, non  
corporis inculpata beataq; constitutione predictū, sed hominē  
omnino equestris ordinis, cetera nō infelicitate aut natū aut sor-  
titū, cuius ego omnes animi dotes exoptadas mihi ducerē ad  
claritatē nominis adipiscendā. Nunc aut in eo sum post coper-  
tū liberorū tuorū ingenii ad literas discendas incredibile, cū  
eximia volūtate, igniculis gloriæ in ista ætatula extimulata,  
vt quasi ex Thetide eos tibi natos esse céseā, qui parētis quoq;  
luminibus ea parte gloriæ olim obstructuri sint, deo benevolē  
te. Adeo in primaria nature officina & Promethei summī fi-  
glina, eaq; perangusta (in qua te factū esse omnes nō imperiti  
iudicant qui propius & satis estimauerūt) nō cādidiſſimo luto  
tātū, sed etiā cādidiſſimo cādidiore & puriore, vasa finguntur,  
animorūq; cōceptacula cōfigurantur. Cōparadē aut à literis  
gloriæ immortalis subsidium vnum hoc habes maximum. Si  
enim facere perseveraris id quod iandiu nō obscurissime sem-  
per tulisti, vt doctissimorum hominum decurias, iudicum  
aliorumq; magistratum, in omni regni tui parte suppleuisse  
merito dictitere, (id quod mox futurum esse speramus,) cum  
maioribus tuis lōge insigni gloria præstissim: tum vero poste-  
ris tuis facē præluxisse amplificandæ eiusdē gloriæ videbere.

FINIS

Sub prelo Ascensiano. M.D.XXXII. Mense Nouembri.

## ERRATA.

Folio. II, pag. 2, vers. 31, recte. Fo. 30, pag. 2, vers. II, summi boni.



**theologia fuis christi**

Изъявленіе о взысканіи алиментовъ

+

Du 22. Aout 1525.

Ce iour he. et apres que M<sup>r</sup> Guillaume du Ch<sup>e</sup>ne Docteur ay la faculté de Thologie  
a esté mandé, et qu'il a dit que ladie faculté n'aprouvoit leur translation qui —  
sont q<sup>z</sup>ui faire tant de la V<sup>e</sup>ble qui autur livre de Thologie, ainsi labhorroit  
comme d'antreysse et pernicysse: pour que leur livre de la Sainte Escriture  
est q<sup>z</sup> approuvez en langage latin doient ainsi demeure, il ne doit oy auoit  
estat à eux qui sont en langage Hebrew et Grec, ni d'autre langage, et  
supplie la Cour ne voulloit permettre que l'dire faire estre impriméz —  
que primit il uoy ait communiqué à ladie faculté de Thologie. La matin-  
nise en déliberation la COR<sup>e</sup> a ordonné audit du Ch<sup>e</sup>ne de moult  
et communiqué l'dire faire à ladie faculté, pour apres avoir laudé  
Conclusion en est ordonné, ainsi qu'il appartiendra par raison.

Le 28. Aout l'dit du Ch<sup>e</sup>ne rapporta la determination de ladie faculté, qui  
portoit que, Conclusion fuit unanimi consensu omnium Magistrorum —  
quod in sequendo Conclusionem dicendum supradicte par ipsam factar, in qua  
expadiatur est, in qua utile Republicae Christianae: immo vita cuius corporis  
conditione potius perniciemus nos soli illam translationem tolerare,  
sed tamen alias translationes V<sup>e</sup>bles, aut partium eius, prout iam passim  
fieri videtur, admitti; et quod illa quæ iam missæ sunt, suprimit magis  
dovent quam tollari. Partant la Cour ordonne que l'dire faire  
trans latere par l'dit p<sup>r</sup>ier Gringoire dit M<sup>r</sup> Sothe me Strent impriméz —  
et se trouue, et trouer faire d'ezysse à leur Imprimerie de ulx poesies  
ou imprimé autem Livres de la Sainte Ecriture en langage françois  
sans permission de ladie Cour, et sera ladie determination de ladie  
faculté de Th. excommunicare lez freres de ladie Cour, ap<sup>r</sup> qu'elles puissent  
estre banni, leur qu'aucuns libraire ou Imprimans voudront querir  
hors estre permis à imprimé autem Livres.

Anno Domini 1530. mense Augusto proximitate à dignissimo D<sup>r</sup>. Präsidente  
Senatus parisiensis & una quaque Facultatis. Reputatos convocatos fuisse,  
ut prudenter fiducia que consilij toti Academiae prospiceret, in qua —  
tranquillissime bonarum literarum studia nonnulla tamq<sup>z</sup> tumultibus  
agitata flouerant. Nam dum inocio quo fatali tumultu sursum deorganique  
omnia miserentur, sive Christiana Religionis statum inspicere, sive  
Republicarum conditionem reputare, sive studiorum ac literarum —

rationes inturantur, nonnullas oburgantur nugas. Summa fide,  
mita diligentia parique dexteritate ex Hisia dicto informari statuit.  
Quia ex re dum à nonnullis Geologia perirent informationes  
Facultatis Artium, ita et arte Scripto obtulerunt Deputati Facultatis —  
Artium eisdem P. primo presidi nostram hanc Academiam parisiensem  
Summo ludibrio gaudens extricatio Nationibus fuisse non aliud ob causam  
quam quod omittit Euangelij, et Sanctis Ecclesiis Doctoribus  
Cypriano, Chrysostomo, Hieronymo, Augustino et Similibus, Cossigios  
natio quam ac Dialecticis, in qua non placuit Deus salvare suum —  
populum, nostrae tametsi Geologi profiterentur, contra id quod habet  
in c. Nomine, et pene per totam 37. dist. Itaque pertinuerunt Deputati —  
Facultatis Artium, ut, praetribus amicitudine dum nimia concordia —  
Universum Linguarum iudicium miscerent, nullus in futurum ad  
hunc gradum Facultatis Geologiae admitteretur, nisi omnibus sic  
doctrinae generibus affectum instructus esset iuxta Cle. i. de ma. et  
in C. Et Breviary sic distinc. Signatum N. Brin au eius syngrapha.  
tizo de la pagr 324. du diure bluf.

Leys pere voit ce que dit Suse attributum Bude fol. 6. 7. &c. de celles  
intitul. De studiis literaturum et instituendo, et au foll.

de soy luzzintitul. de Cymru bellum

fol. 16. primi libri Psilologiae, M. nunc illi (eloquentia) fortasse ab  
illa superciliosarum disciplinarum magistris, qui censoria autoritas  
compellere soe, Verusq; et elegantis sermonis amator et patronos  
ad populum solant, et ad primarios ordinat.... Quia et ista psilologia  
vobis non contumenda nupse flagrare coepit, ut fama est, quasi —  
cepta et fixa iaudiu religiosis habefactatis, et orationum multorum  
institutis prouinciatim et adoratrix.

Voil aussi fol. 41. psilologia ou Bude dit que les lettres Grecques sont  
en Vogue en ce qu'elles sont censurées, et ces oy dispersoient le sur des lettres.

Voil sur la missiun des langues Hebrewque, Syriacque et Latina fol. 230. et 231.  
de la Grecque et de Saracenus Librairie. Voil la missiun de la  
traduction de la Bible fol. 247. 248. et 249. et Voil aussi Clichouse fol. 33. et  
34. Sui propugnaculi Ecclesie.

170





Christophori Picartii, ex auctoris  
Domo.

V,

Jean a Noyers a aussi fait un tracte' apres pres semblable  
intitulé de la polymathie imprime' en 1604 chez froben 4°

Tallia quod Grada est, quod Gracia Barbara reg. It,

Draque vñudao dicit utrumque suo.

Guilielmo Vindelicu vilde literar optime iuritus in credibili labore, stylo —  
durior et horridior: idoque Erasmo posthabuit a Francisco I. Et nato anno tanto  
ara et dispositio nonnulli defuit, ut h[ab]itual docta Commentariorum sua in —  
linguam Francorum, sed ruder et iudicata molca. pag. 379. dum lucis intulit  
Epigrammatum delictum. Et - parisijs apud Carolum Lauram 1659.

Hæc habet Erasmus pag 16. de Sacra dictio impressa ex 1521. hunc pessimum est. Ali-  
prodest hoc quidam in parte quod à paucissimis intelligitur. Tō dīspūtā. siquidem  
anymulique sic intenda eloquentia tua meus, ut non illud, sed et appellans auribus  
camere videntis, tamquam illit data opera luxoq. ērōtētō tī miseriū, dixiāt —  
quāspidam nobis rērāt. Id est magis tūc facias in priore illa stomachatione;  
quām nec ipse quis intelligere, quod rērā ipsarā parvū notat Galatas, & tu —  
nomina supprimis. Erasmus à ha page 17. dicit in Tūter Epistola proposita  
et detinens eam rāsonē pāce laquelle Rūder. It fort difficile à lire et  
a entiendre <sup>qui son</sup> quil ne d'aproit pas le assyler matier et ne disposerait pas  
Tacitū: quil usoit trop sombre de metaphorar et de parabolar trop  
subtiler et rebus, et quil se seroit trop lassant de dixer. Il s'ienoit  
dictiōnēs trop longuer et trop cagées des quilles il se seroit sans choix  
d'elles ~~que~~ à toute occasiō.

Sol. 5. rato et vero de studio literarum rebus instituendo, Neque tamquam  
Dominica pauci ex Theologorum ordine exhibuerunt sapientia pertinacia prædicti —  
qui lingua Graeca peritiam, literarum haud dubie bonarum magistrorum atque  
institutorum, prævaricam opinionem instituere esse fruenterit et assertioles  
pro concione quoque non quod eo capitalius fuit, quod in qua pro concione  
dicuntur, sic la plebe populoque auctoritate fecerit excipiantur, quasi et  
ipso Veritatem sacrario pronunciata.

*fol. 7. Verso, Et cunctis in dignitatis rei evaserat et valuerat contumelias, concidens ut  
argumenta non al. Evangelio, non à Sacra Vaticanijs, non al oraculis scolasticis  
summarizet. sed à cōminatione litterarum tractarum quasi ex ore unius Seminarij.*





